FANI
ANGLORUM
Facies altera.

Memoria nempe a primula
HENRICI II.
Aduſque abitionem quod occurrit *Prophanum* Anglo-Britanniæ *Fus* reſipiens ſuccincto διηγηματικῶς connexum filo.

Illuſtriſs. Comiti Sarisburiæ
DEST. D.D.

Opera *Joannis SELDEN* Salvintonij è Societate *Inter Templ.* Londinenſis.

LONDINI,
Impenſ. *T. D. Anno* 1681.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

JOANNIS SELDENI

JANUS ANGLORUM.

LIBER PRIMUS.

PRodiit, & cothurnatus aliquot ante lustra atque etiamnum ubique circumfertur Berosus sacerdos Chaldaicus (esse quem Flavius Josephus sæpiculè laudat testem, cavesis tu sîris te credere) cum Viterbiensis Commentario. Sive, ut quod res est magis dicam, venditandis suis portentis Berosum ementitus Monachus Dominicanus Joannes Annius *à Viterbo* subditivus Musæ Antiquitatum præsidi fucum fecit & imposuit farcinam. Post genealogias Hebræorum ab illo, quicunque sit, auctore sumtim deductas, neu totius universi Regna, Reges, Nominumque etyma toto, quod ait ille, horreo demensa non videretur comprehendere, velut posthri duo, quam Jupiter ex Ope natus, *Samothes* (is ipse Diis nuncupatur) *Celticarum fundatorem Coloniarum* centones lectori farciens subnectit. Celtogalatiæ, neq; obiter hoc duxi tacendum, quicquid Rheno fluvio, Alpibus Mari Mediterraneo, Pyrenæis Oceanis, denique Aquitanico & Britannico terminatur,

Ptol 2 geograp. & 2. quadripart. & Pausan. lib. 1.

imò universam Europam Celticæ nomine est complexus Ptolemæus: *Samothes autem*, habet Commentarium Annij, *Fuit frater Gomeri atque Tubalis ex Iapeto patre, à quo primum Britones, inde Galli Samothei dicti fuerunt, & præcipue Philosophi atque Theologi sectatores ejus* Atque è Laertio: *Constat enim apud Persas floruisse Magos, apud Babylonios & Assyrios claruisse Chaldæos, apud Celtas & Gallos Druidas, & qui Samothei dicuntur, qui teste Aristotele in Magico & Sotione in* xxiij. *Successionum lib. Divini atque Humani juris peritissimi, & ob id religioni deditissimi, ac propterea Samothei appellati sunt.* Hæc ista apud Annium, Laertij obtenditur nomen, & principium Voluminis de Philosophorum Vitis. Quin igitur Diogenem legamus; παρὸ τὲ Κελτοῖς καὶ Γαλάταις Σεμνοθέους κατὰ φήσιν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Μάγικῳ καὶ Σοτίων ἐν τῷ εἰκοστῷ τριτῷ τῆς διαδοχῆς. Aliter de Samotheis de γρῦ quidem, Divini & humani peritissimos Juris, aut vocamen inde sortitos Latina duntaxat atque interpolata B. Brognoli Veneti editio tradidit: cùm nempe in vetustis Laertij Græcis exemplaribus, quotquot vidit & consuluit Doctissimus ille H. Stephanus, (consuluisse verò se octo vel novem asserit) de illa re nulla prorsus fiat mentio. Neque tamen oscitanter aut planè fortuitò tantum mihi persuadere possum imbitasse glossematis.

Peritos

Peritos Juris, & præfectos Philosophos non Græcis modo & Gallis & Italis, sed Arctois etiam nationibus constat fuisse; licet Barbaris. Testes nostri Druides & Gothorum apud (b) Jornandem præter Cosmicum Diceneus, qui cum Physicâ atque aliis bonarum literarum membris *Belliginæ* (ita leges vocabant) idem Rex hominum, Pœbique Sacerdos posteritati transmisit. Sunt qui Laertio legunt Σαμοθέους: quod commentum est eorum hominum qui à Pseudo-Beroso isto finunt se εἶνος ἀγέσθαι nimis sane patienter (verba Isaaci Casauboni) ne quid gravius dicam.

Si verò quicquam cum veritate Samotheis, aut cum antiquissimo Celtarum jure (Regibus nimirum Celticis Britanniam scribunt commodasse patientiam) esset Semnotheis, utriusque nomen indagare & naturam ab eâ quam presturi sumus calle, indicarem haud ita alienum. Cæterùm de illis, extra quam Lucianus alter ab Heliacis Selenicisve redux historiam conscripserit, plane deploratis dicere, plus esset quàm operam ludere. De his non audeo multa (c) *Suscipor* (inquit H. Stephanus) *ita dictos quod* Θεὸς *haberent in ore, &*

(b) *Jornand. de reb. Gothic. cap.* 11. (c) *Steph. ad Laert. August. de Civit. Dei, lib* 2. *cap.* 14. *Laert. lib.* 5.

qui dem ὁι Σεμνοὶ Θεοὶ dicentes, vel quod ipsimet velut quidam Σεμνοὶ Θεοὶ inter homines haberentur verum hoc minùs quam illud scribit ille, mihi sit verisimile. Atqui ego hercle si tanti virum eam nefas non sit committere sententiam hanc quam illud conjicio verisimilius. Divini Nominis priscos Heroas participes ubique legimus: quin nec Philosophis tantum invidit Antiquitas Honoris: Non Amphiarao, non Æsculapio, non Hippocrati; inter medioxumos censentur. Habitus & ab Antistio Labeone Plato Semideus; divinam ob elocutionem Tyrtamo Theophrasti nomen indidit Aristoteles. Haut mirum ideò, si magni exinde Philosophi Semnothei, & quasi Σεμνοὶ Θεοὶ audiverint. Suadent hæc, dum eorum Philosophiam tantum prospecto; quos simul etiam peritos & custodes Juris, si vel Annij auctoritas vel Brognoli interpretatio Attice satis adfirmâsset, parûm sane esset, quin, ubi locorum germanus & nominis & delegatæ, ut ita dicam, potestatis fons sit & scaturigo, compertum fermè affererem. Etenim habeo apud (*d*) Pausaniam (reprimas te suggillaturum, quod in Græciam transvehor, e qua antiquissimi & sacri, & prophani Genium mores) diligentissimum Græcarum Antiquitatum

(*d*) *Pausanias.*

scru-

ſcrutatorem in Athenarum Areopago atque etiam in Achaicis Dearum ædes, quas Athenienſes Σεμνὰς indigitabant. Is ipſe in Corinthiacis ad lævam Aſopi in Sycione fluvii lucum memorat illicibus; condenſum, ubi fanum Dearum, quas Athenienſes Σεμνὰς, Sucionii Εὐμενίδας appellabant. De Eumenidibus & Oreſte nota eſt lippis fabula, nec dare potis es poetaſtrum, quem latet eas cum Adraſtiâ, Rhamnuſiâ, Nemeſi, aliſque ejuſdem farinæ Deàbus vindices fingi ſcelerum, ac Jovi ad ulciſcenda mortalium facinora continenter operam navare. Nigras Oreſti obvias, eaſdem candidas, quibus ſimul & Gratiis priſci fecere ſacra, in Arcadicis reliquit idem Pauſanias ſcriptum. Mitto apud eundem quam alii Erinnya alios Themida vocitâſſe: breviùs & dilucidiùs Erinnyes, id eſt, *Diræ ultrices* ſecent malis, *Eumenides* verò, (abſque omni enim antiphraſi ſic dictas, auctor eſt (*e*) Sophocles) quod interpretatur *Benevoli*. Bonis, & quià culpa alieni, & ſupplices: quin Alcmæonem poeticè Eumenidas reipſe civiles magiſtratus ſcribit (*f*) Plutarch. fugiſſe. Totam

(*e*) *Sophocles in Oedipo. Natal. Comes Mytholog. lib. 2. cap.* 0 (*f*) *Plut. de Iſ. & Oſiride.*

denique, quam collimando petimus rem Orphei habet in eas Hymnus.

Ἀλλ' αἰὲν θνητῶν παντῶν ἐπ' ἀπειρόνα Φύλα.
Ὄμμα δίκης ἐφορᾶτε δικαιπόλοι αἰὲν ἐοῦσαι.

En planè ex antiquissimo Ethnicorum Theologo Judices, Jurisque dispensatores hæ Σεμναῖ Θεαὶ: & inferorum *Fas* perinde uti cœlestium appellare, moris erat, doctrinam *Sanctum*. At quid igitur vetat quin hinc *Semnotheon* emanasse vocabulum, titulum, attributa conjectaris? Διότρεφεις (g) Homeri poemata, imo ipsæ Æternæ & Sacræ literæ Judices Sanctiss. illo nomine (h) אלהים non semel compellant: *Judicia Dei sunt non hominis*, atque *omni rei quam scriptura vult* (è Rabbi Kimchi notat Munsterus) *magnificare subjicitur nomen* אל. Posuit se Deus (ut & Atticissante illo Mose Platone, ait Plutarchus) exemplar Bonorum, cujus etiam ineffabilis verendæ nominis syllabæ (neglectâ licet Cabalisticâ) pulsant, monent, vellunt Mortalium aures, diviosque nunc in Justitiæ tramitem ipsos reducunt, nunc obturatos, obductosque caligine mi-

(g) *Odyss.* 3. (h) *Exod.* 22. *Psalm.* 82.

seros

ſeros ſtupendo & aſſiduo tremore concutiunt. Neque verò obſtet quod ab infirmo Divûm ſexu petatur tanti ſplendoris, & tam virile nomen. Potiſſimum cum Britannis agamus, quippe inter quos ſunt ſingulares illæ DEIS MATRIBUS inſcriptæ aræ, nec in terrarum orbe aliubi repertæ. De Deabus Matribus (ut obiter admoneam) ſe nihil poteſſe ſcrutando eruere faſſus eſt (i) vir longe doctiſſimus: atqui, ſi homulo mihi fas ſit, quid ſi (k) ταὶς Θεαὶς ἁγίαις in Pauſaniæ Atticis καλέσι Γενναίδας καὶ Γενναιτύλλιδας ineſſe nomen Matrum quis autumârit? Notum eſt Matris Deûm nomen, quo non ſolum Berecynthia, ſed Juno etiam, Cybele, Tellus, Ceres, atque aliæ apud Mythicos celebrantur. Eſto licet hoc parergon: (l) *Nullum ſine venia*, monuit ille, *placuit ingenium*. Hac nixus hoc quicquid eſt ſum aggreſſus; hâc fretus ad rem revertor.

Præſcriptam quâ imperatum eſt à *Samothe* legem uſquam reperimus. Unicam autem de ratione Temporum Baſingſtochius ille Comes Palatinus, Hiſtoricus nuperrimus huic iſte tribuit: *Spatia omnia Tempo-*

(i) *Paralip. l. 2. c. 19. Ad cap. 9. Geneſ.*
(k) *Plutarchus libr. de ſerâ Dei vindictâ.*
(l) *Senec. epiſt. 115.*

vis non numero Dierum (idem de Gallis Cæsar, & de Germanis Tacitus) *sed noctium definivit, dies que natales & mensium & annorum initia sic observavit, ut noctem dies subsequatur.* Observant sane nunc Britanni istum morem, antiquissimum, & Naturæ imprimis consonum (*m*) *Factum est Vespere, & factum est Manè dies unus*, ait Hebræus ille, cujus & popularibus hæc consuetudo. Privationem & in ternario principiorum numero habent Peripatetici: atque hinc audet Joannes (*n*) Bodinus Astrologorum vulgus arguere, quod inæquales horas ab ortu magis quam occasu Solis ordinatam juxta ac repetitam Planetarum seriem auspicantur.

Excepisse scribunt hunc Magum, Sarronem, Druidem, Bardum, alios complures succedaneos, (*o*) *Sarron non legibus ferendis* (dat mihi & tibi Stephanus Forcatulus) *additus, sed componendis & commendandis fuit, ut qui leges, quas avus ejus Samothes, ac posteà Magus pater tulerat, unum in volumen redigerit servari etiam acri comminatione jusserit.* A Druide volunt philosophantes illos & apud Cæsarem Plinium, aliosque decantatos Druidas: per me fides habeatur. Totam impræsentiarum de Druidibus rem in Cæsaris tempora diffindo. Annis circiter à *Samothe* DCCCC.

(*m*) *Genes.* 1. (*n*) *Bodin. l.* 3. *Dæmonoman.*
(*o*) *Forcat. l.* 1. *de Gall. imp.*

Phranicus

Phranicus Rex (ab hiſtoriâ accipe Britanniâ & Galfredi fide) rerum arbitris Druidibus mandat, dum ipſa Pannoniam degeret. Britanni interatim Brutum Sylvij Poſthumi Latinorum Regis F. Æneæ nepotem. (Sylvium enim Æneæ, non Aſcanij filium facit ad Virgilium (p) Servius Honoratus) feliciter navibus ad pulſum, imprimis Corino comitante, litore Totneſio in Danmonijs conſcenſo ſalutant Regem. Is poſt conditam novam Trojam (Londinum) leges Civibus atque Subditis dedit, Trojanas eas, ſive Trojanarum exemplar. Elapſis quaſi DC. annis (q) *Dunallo Molmutius Rex ſtatuit* (auctores ſunt præter Monumethenſem Ranulphus Ceſtrenſis in Polychronico. & Florilegus) *ut aratra, templa, viaque ad civitates, ducentes immunitate confugij gauderent. Verum quia ſuccedente tempore de vijs (cum non eſſent certis limitibus diſtincta) orta eſſet deſſenſio, Belinus Rex filius prædicti Molmutij ad ſubducendum omne ambiguum* IV. *regales vias omni privilegio munitas per inſulam ſterni fecit. Foſſam ſcilicet* Watlingſtrete, Ermingſtrete, & Ikenildſtrete. (Atqui à Romanis has autumat ſtratas eruditiſſ. ille Noſtras, & magnum Britanniæ Lumen G Camdenus Clarentius, quod Tacitus, Beda & alij ſuadent.)

(p) *Serv. ad 6. AEneid.* (q) *Norden. in Brit. ſpecul.*

Leges

Leges quinetiam, ita Galfredus, *quæ Molmutinæ dicebantur statuit, quæ usque ad hoc tempus inter Anglos celebrantur. Statuit, siquidem inter cætera, quæ multò post tempore B. Gildas scripsit, ut Templa Deorum, & civitates talem dignitatem haberent, ut quicunque fugitivus, sive reus ad ea confugeret, veniam coram inimico suo haberet. Statuit etiam ut viæ quæ ad prædicta Templa, & Civitates ducebant, necnon & aratra Colonorum eadem lege confirmarentur, deinde, cum* xl. *annos regnum in pace tenuisset, defunctus est, & in urbe Trinovantum, propè Templum Concordiæ* (nec desunt, qui (r) Collegium illud illustre studiis Juris nostri Municipalis ad Thamesis ripam sacratum hic intelligunt) *quod ipse ad confirmationem legum struxerat, est sepultus.* Ad hunc modum Galfredus: sed etiam quæ ex antiquis quorum non difficilis ei copia, scriptoribus excerpsit Polydorus eccista. *Primus aureâ coronâ usus est, pondera ac mensura rebus vendenis, emendisque posuit: fures, & noxium omne genus hominum severissimè punivit, fecit quam plures vias, decrevitque in quam latitudinem fieri deberent, ac lege sanxit jus earum ad Principem duntaxat pertinere, ejusque juris violatoribus pariter atque ijs, qui in illis maleficium aliquod facerent, horrendas constituit pœnas. Præterea, ut ne terra vacaret, neve populus rei fru-*

r. The Temple.

mentariæ

mentariæ inopiâ frequenter premeretur, aut minueretur, ſi pecora ſola occuparent agros, qui ab hominibus coli deberent, conſtituit quot quiſque Comitatus aratra haberet, ſtatuitque pœnam illis, per quos numerus diminueretur. Ac vetuit jumenta, quæ aratro ſervirent, â magiſtratibus abduci vel aſſignari creditoribus pro debitione pecuniæ, ſi debitoris bona alia ſupereſſent. Hactenus ille.

Gynæcocratia Martiæ Quintilino R. viduæ, quæ Siſillij communis prolis, nondum ad gubernacula ob ætatulam idonei, tutelam ſuſceperat, *invenit legem, quam Britones Martianam vocaverunt. Hanc etiam Rex Aluredus* (è Monumethenſi tranſcribo) *inter cæteras tranſtulit quam Saxonicâ linguâ Merchenlage vocavit.* Quùm nihilominus in elaboratiſſima Cambdeni Chorographiâ à Mercijs, ij autem à Saxonico Mearc. i. *Limes*, Merchenlage adpoſite magis deducatur.

Hæc ſunt quæ de temporibus Romanorum hiſtoriâ antiquoribus ſcriptores prodiderunt: ſed ſuſpectæ, dubiæ, ne dicam nullius fidei. E doctioribus vix quiſpiam eſt Cenſor qui Annium in Albo falſariorum non notat: Quin ſubductis Temporum ratiociniis, & obſervatâ à S. Literis, Hebræorumque monumentis, quam præ ſe fert Beroſus ille Viterbienſis, diſcrepant à pariter eiſorſan ac ejuſdem nominis alteri credendum putes, qui à perpendiculari ad centrum

mundi-

mundi errantium syderum, in Cancri dodecatemorio positione arsura omnia, à simili in Capricorno congressu futurum universalem cataclysmum apud (ſ) Senecam prædicere est ausus.

Anquisivere item de historiâ nonnulli Britannicâ. Hinc Brutum, Dunvallonem, Martiam hausimus. Illam sunt & doctissimi summique Judicij V. qui suspicantur è Bardorum cantilenis, ac figmentis, ad Britannicum ex Iliaco cinere suscitandum nomen, poeticis, instarque Talmudicarum traditionum receptis consarcinatam. Licet enim pro magno teste vetustas, ut habet ille, creditur, nihilo secius mirum quod Bruti, qui patrem collimatâ infeliciter sagittâ occidisse fertur & matri ipsa in paritudine mortifer (unde jam Βρύτος audit post tot secula apud Richardum Vitum) nemo Romanorum meminerit: mirum quod Latinis non innoturerit Latini nomen, qui Britanniæ & nomen & imperium dedit. Solus post homines natos Evemerus Messenius Panchoos adnavigavit & Triphyllos; poetas herclè quos carmine celebrant illustribus familijs inserere, & supra verum Musis omnia augentes quamplurima fingere, tralatitium, Et quid aliud Bardi quam Ποίηται μετ' ᾠδῆς, u

(ſ) *Senec. Nat. quæst. lib. 3. cap. 29.*

è Possi-

è Possidonio scribit (t) Athenæus ἐπαίνους λόγους? Quam multa in Mythico illo, á diffamato Pyrrhæ diluvio ad Iphiteam Olympiadem, intervallo (quod Heroicum aptius vult (v) Josephus Scaliger) admixta veris fabulosa & postmodum in proscenium ducta? *Nationes*, inquit (x) Tritemius *quamplurimæ tam in Europâ quam in Asiâ suam prætendunt originem se sumpsisse à Trojanis, quibus tantum accommodare fidei duxi, quantum ipsi veritate mihi sufficienti testimonio poterunt persuadere. Frivola sunt quæ asserunt de sua Nobilitate & Antiquitate, volentes palam gloriari, quasi non fuerint in Europâ gentes ante Trojanorum excidium, nullusque inter ipsos Trojanos ignobilis.* Qui Galfredo Monumethensi (fuit & Episcopus Asaphensis) Ascensianis typis excuso Alphabeticum struxit indicem, Auctoris fidei tulit hinc suppetias, quod Francorum nullibi apud eum, ait ille, mentio; cum nempe ante Francorum in Galliam adventum omnia ferme, quæ conscripsit, fuerint gesta. Ἁμάρτημα sanè plusquam μνημόνικον. Adi Galfredum; & caput xix lib. 1. Francos sub Brenni & Belini temporibus habet in Senonibus Galliæ; Annorum trassus antichronismus quot centenorum?

(t) *Athen. Dipno. soph. lib. 6.* (v) *Jos. Scalig. in Elench. orat. Chron D. Par.* (x) *Tritem. lib. de secundis.*

Nec

Nec enim ante aliquot post Incarnatam Salutem periodos Francicis Rhenum sedes fixisse dignoscuntur. Tametsi enim poeticâ & Troporum licentia Æneas *Lavinia venit litora*; multo latius & metricâ & soluta oratione, quæ ad historiam pertinent, proferuntur all illam (y) Ovidii formulam.

Tunc Juvenes nondum facti fl. vere Quirites, incensa Remi pyra. Atque hac lege potuit & debuit transferre Galfredus interpres, si fuerit fidus. Verùm de Bruto nostro, Saxonum Saxone, Brunswicanorum Brunone, Frisiorum Frisone, & Batavorum Batone animadverte, quod secundum alios Pontus (z) Heuterus. *Cantilenæ ac Rythmi imperito seculo compositi simplici populo facile falsa pro veris obtrusere, aut veris falsa miscentes imposuere. Nihil enim ante* CCC. *ac* CCCC. *annos lubentius majores nostri audiebant quam se ab adulteris Trojanis, Regnorum eversore Alexandro Macedone, Populatore Hercule Græco aut alio Orbis Terrarum perturbatore prognatos.* Et verè quidem nimis ille

——— *Mensuraque fictis* (a)
Crescit & auditis aliquod novus adjicit auctor.

Sed me contraho: Ad hæc rectè enucle-

(y) *Ovid. 1. fast.* (z) *Heut. de Vet. Belgio lib. 2. cap. 8.* (a) *Metamor. 12.*

anda

anda egebunt forte æternum reciprocantes Antiquarii aliquo, ut in abstrusis Hebræi, Elia. Brutum esto concedamus. Condidit ajunt leges atque eas è Trojanis. At quæ tandem ipsæ Trojanæ? Unicam sat scio memorant de filiorum natu maximorum prerogativam, qua in universum jus defuncti patris est successum. De Hectore Priami scribit Herodotus; & meminit Galfredus: an vero in Britanniam cum Bruto tranabat hæc? Unde igitur divisum Locrino, Cambro, Albanacto imperium? Ferrici & Porrici? Brenno & Belino? aliis? Undenam in Comitiis sub (*b*) Hen. VIII. Parlamentariis, ne feuda Cambrobritannica secundum quem dicunt Gauelkind morem postilla deferrentur, est cautum? Et prisce ni fallor plerœque liberis partiebantur hæreditates.

Ἠδὴ μὲν γὰρ κλῆρον ἐδασσαμίδα ——

in Operibus Hesiodi: & ad eam mentis vetustis Poetis plura & Sacris literis. Sed quæ inquam Trojanæ? eædem forsan cum Aristophanis Nephelococcygiæ; Graviſſimi Scriptores vetustissima illa tempora præscriptis legibus agnoscunt plerumque soluta. *Populus nullis*, ita (*c*) Justinus, *legibus tenebatur*

(*b*) *Stat.* 27. *Hen.* 8. *cap.* 26. (*c*) *Just. hist. lib.* 1.

batur: arbitria principum pro legibus erant. Naturalis æquitas Stlitium varietati emergentium aptata ut Lesbia, apud (*d*) Aristotelem, regula omnes ordinabat, regebat, diremit controversias. Et quidem *initio Civitatis Rom.* scrib. Pomponius, *Populus sine certa lege, sine certo jure agere instituit, omniaque manu Regis gubernabantur.* Prope enim aberant ab Aureo seculo quum

——————— *vindice nullo* (*e*)

Sponte sua sine lege fidem, rectumque tenebant, quod de Sabbatico Mundi millenario Chiliastarum hæresis olim pronuntiabat. Atque illi λαὸν πίμνοντες quibus

——————— Ζεὺς ἐγκυάλιξε

Σκήπτρον τ' ἠδὲ θέμιστας ———

non dominandi cupiditate, sed officio, ut habet (*f*) D. Augustinus, *consulendi, nec principandi superbia, sed providendi misericordia,* Virtute Duce, ac legibus, quas Platonici *secundæ* ajunt *Veneris*, imperabant. Ecquas alias censeas Trojanorum? Divum cultus & quæ ad sacra attinent scilicet excipias. *Officium,* inquit (*g*) Seneca, *erat imperare, non regnum*: Et oculos & sceptrum absoluta Æ-

(*d*) *Arist.* 5. *Ethic. ff. de orig. jur. lib.* 2. (*e*) *Metamor* 1. & *Lucre. lib.* 5. *cum poetarum turba.* (*f*) *August. de Civ. Dei, libr.* 19. *cap.* 14. *Iliad.* 9. (*g*) *Senec. Epist.* 91.

gyptiis

gyptiis Regem Hierogly phica. Quid quod nec vocabulum NOMOΣ. i. *Lex* apud Orpheum, Muſæum, aut (*b*) Homerum (Trojanum is fuit ſeſquicentum circiter poſt excidium annos) reperiri adnotavit, (*i*) Joſephus adverſus Appionem, (*k*) Plutarchus, recentiorum plurimi? Parum, fateor, ſi bene perpendas, accurate. Et enim θέμιστας ſæpiſſime Homero & Heſiodo legimus; utriuſque Ἐυνομίαν Deam ab eodem quo Νομος themate;

Αὐτοὶ δ' ἐυνομίῃσι πόλιν καὶ χαλλιγύναικα
Κοιρανέουσι ———

Hymno Homeri ad Tellurem Matrem; & Νόμος ἀοιδῆς (quem violare nefas erat Muſicis) in ad (*l*) Apollinem. Imo ſcriptum reliquit omni exceptione Major (*m*) Plato Magnus, Talum (quicum, Rhadamantho Jovis filio Creticæ Reipub. adminiſtratio á Minoe Rege eſt commiſſa) ter quotannis per univerſalem inſulam (quæ prima literis, ut (*n*) Polyhiſtor, jura junxit) ſecundum le-

(*b*) *Plutarchus lib. de Homer.* (*i*) *Joſeph. adverſ. App. l. 2.* (*k*) *Plutarch. de Iſid. & Oſirid.* (*l*) *Idem lib. de Muſica.*
(*m*) *Plato in Minoe.* (*n*) *Solin. Poly. hiſt. cap. 16.*

ges

ges ære insculptas judicia exercuisse. Phoroneum Argivorum Regem, Arcadem Nomionem taceo; & tempestive de his sisto.

Diphteræ Jovis utinam mihi copia. Spirantis utinam bibliothecæ, & vivi Musæi (cui de veteribus, ut apud (o) Eunapium Longino, potestas) Censura, aut Æthalidis memoria veritatem clare satis enuclearet Ad Classicos hinc Latiæ fidei scriptores proximus transitus.

Primus Romanorum C. I. Cæsar Druidum ritus, leges, philosophiam mandavit scriptis. Dubias habent ij in nomine causas. Minime á Berosiano Druide; verum sive ἀπὸ τῆς δρυός quod sine quercus fronde sacra conficiebant nulla, ut (p) Plinio ejusque placet sequacibus, Sive á True-wist i. *vere sapiens* Teutonice, uti I. (q) Goropio Becano; Sive á Trutin quod antiquis Germanis Deus, ut ex Othfredi Evangelio citat (r) Paulus Merula (sed in salutatione Evangelica, Cantico Mariæ, Zachariæ, & alibi Trutin magis Dominus, quam Deus notat, & vide sis an in Eburonum S. *Trujen*, explosa á nonnullis S. Drudone, quid lateat Druideum) sic Dicti, Togata Gallorum, dico & Britannorum, militia L L. fuere Interpre-

(o) *Eunap. in vit. Porphyrii.* (p) *Plin. hist. nat. lib. 16. cap. 44.* (q) *Gorop. in Gall. Paul.* (r) *Merula in Cosmograph. lib. 3. part. 2.*

tes

tes & Custodes. Reperta horunce disciplina primum in Britannia, atque eam, qua prospectat forum, ex eodem Cæsare fidi subnectemus.

I. *De omnibus controversiis publicis privatisque constituunt.* (LL. xij. Tab. ad hunc modum, actionum, formularum, interpretandi scientia apud Collegium erat Pontificum, & Druides nostri plane Pontifices.) *si quod est admissum facinus, si cædes facta, si de hæreditate, de finibus controversia est, ijdem decernunt, præmia pœnasque constituunt.*

II. *Si quis privatus, aut populus eorum decreto non stetit, sacrificiis interdicunt. Hæc pœna apud eos est gravissima.*

III. *Quibus ita est interdictum, ij numero impiorum ac sceleratorum habentur; ab ijs omnes decedunt, aditum eorum sermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant. Neque iis petentibus jus redditur, neque honos ullus communicatur.*

IIII. *Druidibus præest unus, qui summam inter eos habet auctoritatem.*

V. *Hoc mortuo, si quis ex reliquis excellit dignitate, succedit: at si sint pares plures, suffragio adlegitur.*

VI. *Druides a bello abesse consueverunt, neque tributa una cum reliquis pendunt, militiæ vocationem omniumque rerum habent immunitatem.* Eâ gaudebant Hebræorum Levitæ

vitæ antiquissimi Mortalium (ſ) Sacerdotes.

VII. Auctus hinc in eorum Scholis (ea pleræque in Britannia) studiis vocabat juvenum cœtus. *Magnum*, inquit Cæsar, *numerum versuum ediscere dicuntur: itaque nonnulli annos vicenos in disciplina permanent. Neque fas esse existimant, ea literis mandare, cum in reliquis fere rebus publicis privatisque rationibus Græcis literis utantur.*

Græcis literis? ita legimus, Græcis. Et Gallos Massilia Phocensium Colonia Φιλέλληνας reddiderat, ὡστὲ καὶ τὰ συμβολαία ἑλληνιστὶ, ita (t) Strabo geographus, γραφεῖν. Tabulas scribit, & quem diximus, (u) Julius in castris Helvetiorum Græcis confectas literis inventas. At verò Græcam nollem hinc linguam isti æuo & populo, aut philosophis his & Jurisconsultis colligas temerè. Græcis sunt usi literis, Ergo lingua Græca: Argumentum herclè infirmum. Sic Targum Chaldaicum, ut habet post Geropium P. Merula, Hebræo constaret sermone, quod Hebraicis characteribus sit excusum: De novo Testamento Syriacè Hebræis exarato literis poterit idem dici. Quid quod ipsæ Cæsaris tempestate, & quas nunc depingunt Græco-

(ſ) *Num.* 1.49. *Ezra* 7.24. (t) *Strabo lib.* 4. *geograph.* (u) *Cæs. de bell. Gall.*

rum

um literæ Gallicæ potius sunt quam Græ-
æ? scivit illæ illas Græcas; nondum scivit
Gallicas; quas Græcos post Phœnicias He-
ræis haut prorsus absimiles obsolefactas
Docti V. putant exemplar accepisse. Con-
ulas ad hæc tu Wolfgangi Lazij Celtas Be-
ani Gallica, si vis Annii Archilocum, Æ-
uivoca Zenophontea & quæ de Lido, Cad-
no Palamede & Simonide scribunt alii. Accí-
pias interim vetustimos illos Gothicos & mi-
us affabrè factos, quos (x) B. Vulcanius
Brugensis nuper cum Anonymi commenta-
iolo edidit characteres Grajorum præ se
erre multum (uti & Rutenicos hodie) spe-
ciminis; & cum Nicostrata Evandri Exulis
Matre, quæ nunc (y) Latiæ, in Ausoniam
primum Arcadia transvectas. Cæterum quod
eximere omnem videtur controversiam,
(z) Cæsar ad Q. Ciceronem apud Nervios
obsessum daturus literas Equiti Gallo mag-
nis persuadet præmiis, ut epistolam deferat;
Græcis conscriptam literis mittit, ne inter-
cepta fortea epistola, ab hostibus consilia
cognoscerentur. Hoc quorsum feciisset, si
Eques ille Gallus, si Galli, vel ipsi penes quos
erat guberna culum reipub. Druides Græcè
calluissent? Inter Denbighiæ provinciæ
Ordovicum montes occiduos locus est, apud

(x) *Vulcan. in app. ad Fornand. Goth.* (y) *Munst. Cosmog. lib. 4.* (z) *Cæs. Bell. Gall. 5.*

illustriss.

illustriss. chorographum nostrum lego. *Vulgo dictus Ceregy-Druidon, id est lapides Druidarum, nonnullæque cernuntur columnulæ ad* Y-- voellas *peregrinis characteribus inscriptæ, quas Druidum fuisse nonnulli suspicantur.* Qui [illegible] meritò suspicantur, peperciſſet utinam columnulis edax Tempus, ut lucis huic liti quid inde radiaret. Siquidem formæ Cæsaris loquendi quam attulimus displiceat interpretatio, (Strabonis ad recentiora paulò spectat tempora & forsan potissimum ad maritumos) quippini, cum V. longè eruditissimo (a) Francisco Hotomano, vocem *Græcis* in hanc de Druidibus historiam incuta an audacia librariorum irrepsisse sentias? Alibi enim apud eum ipsum auctorem in *dextris humeris exertis* plane abundare notat (b) Justus Lipsius Criticorum Coryphæus *Humeris*, ab interpolatore Julio fortasse Celso immissam. Et quod tantus tanti V. judicii de illis Commentariis censuit in Electis sic accipe. *Multos in illa purpura pannos insutos video: nec indictione ipsa spirat ubique naribus meis aurea illa, ut sic dicam, stacta puræ Antiquitatis. Lege, relege, multa otiosa reperies, disjuncta, intricata, interpolata, repetita, ut non omnino absit, quin ad hanc veluti prisco peris statuam novella aliqua*

(a) *Hotoman. in cap. 2. Francogalliæ. Cæs. bell. Gall. 7.* (b) *Lips. Elect. lib. 2. cap. 7. & quæst. Epistolic. lib. 2. cap. 2.*

ac-

acceſſerit, & imperita manus. Facile idcirco poteſt imponi, ſi tam minutis vocabulorum ſcrupulis Julii inſiterimus.

VIII. Principia Druidibus *menſium* (ita (c) Plinius) *annorumque fuit Sexta Luna, & ſeculi poſt triceſimum annum.* Attice γενεὰ, atque ea Ἡρακλείτου, eiſdem comprenſa eſt terminis ſententia Heracliti, & apud (d) Herodotum; neque latioribus (Euſtathium (e) ſi juxta ſentias) triplex Neſtoris ætas. Pepulit eos Gallijs Tiberius, Roma Claudius, Britannia veri CHRISTI DEI cultus.

Ad ſacros Druidum ritus, & doctrinam quæ ulterius attinent, præter Cæſarem, Strabo, (f) Plinius, Diodorus Siculus (latina hujus verſio non Poggio Florentino, ut in vulgatis, ſed (g) Joanni Phreæ Balliolenſis in Academia Oxonienſi Collegii olim ſocio, ſi archetypo in ejuſdem Collegii Bibliotheca ſit fides, debetur.) Lucanus Pomponius Mela, Ammianus Marcellinus, nuperrime Otho Heurnius in Barbaricæ Philoſophiæ antiquitatibus atque alii ſatis explicate tradiderunt; ita tamen omnia, ut Pytha-

(c) *Plin. hiſtor. nat. lib.* 16. *cap.* 44. *Plut. de ora. def.* (d) *Herodot. Euterp.* (e) *Euſtath. ad* 1. *Iliad. Seneca in Apocol.* (f) *Plin. lib* 30. *cap.* 1. *&c. Tuin. Apolog.* (g) *Antiq. Academ. Oxon. lib.* 3. § 329.

gorice (nec tamen aula Pythagoram Mertonensi, aut Cantabrigiæ Anaxagoram quod Cantilepo habetur & Lidgato, docuisse magis mihi persuasum) imo & Cabalistice (etenim disciplinam Pythagoræ & Cabalæorum non ita dissimilem commisit [b] Joannes Reuchlinus) resipiant. Metempsychosin latine dixeris Transanimationem *an a Pythagora*, inquit [i] Lipsius, *Druides hauserint nescio an potius ipse ab illis.* Id ipsum de legibus, & quas administrabant utrique rebus-pub. pariter dicendum: Pariissima utrisque ut Cn. Pompeio & C. Vibio lineamenta. Nequaquam enim reducta solum & in interiore sacrario clausa philosophiæ arcana docuit Samius, sed etiam Ægypto reversus Crotonem Italiæ petiit, leges, author est [k] Laertius, Italis dedit atque cum discipulis ferme ccc. ad modum velut Aristocratiæ imperavit. Zaleuci leges, Charondæque laudantur. *Hi non in foro*, ita [l] Seneca, *nec in consultorum atrio, sed in Pythagoræ tacito illo sanctoque recessu didicerunt jura, quæ florenti tunc Siciliæ & per Italiam Græciæ ponerent.* Sanctus ille ac tacitus recessus á Dru-

[b] *Reuch. lib. 2. de art. Cabalistic.* [i] *Lips. Stoic. physiolog. lib. 3, dissert. 12. & vide Foratulum I. de Gall. imperio.* [k] *Laert. lib. 8. concors Plutarch. in orat. 2. de esu carnium.* [l] *Senec. epist. 91.*

idibus

idibus forte mutuo acceptus : cum nempe à Barbaris ad Græcos, teſtatur [m] Clemens Alexandrinus, Artium ſecretiores olim manarint.

Utut ſe res habet, conſtat hinc liquido vetuſtiſſimos inter Gentium Philoſophos antiquiſſimos inter eorum LL. cuſtodes fuiſſe Druidas. Sint enim licet è Pythagoræ ſchola ad L. ſanè aut LX. Olympiadem, Tarquiniorum, ſi tu vis, tyrannidem (diſſentiunt de hac re Plinius, Cicero, Auguſtinus, Euſebius : nec anſatum prehendam errorem qui eum ad Numæ ævum trahit,) qæ c I ɔ. c I ɔ. cc. circiter antevertit annos, iſthoc etiam modo referuntur. Auctarium his non pigebit è Conrado Celte ſubjungere [n] *Erant ſex numero* (lapideas dicit antiquas imagines ad radices Piniferi Montis, Ciettelberg vulgo in vicinia Voitlandiæ, in Cœnobio quodam ſibi viſas, quas credit iconicè Druidas præhibere) *ad fores Templi parieti inſertæ*, VII *pedum ſingulæ, nudis pedibus, capite intectæ, Græcanico pallio & cucullato, perulaque, barba ad inguina uſque promiſſa, & circa naris fiſtulas biſurcata, in manibus liber & baculus Diogenicus, ſevera fronte, & triſti ſupercilio, obſtipo, & figentes lumina*

[m] *Clem. 1. ſtrom.* [n] *Apud P. Merulam. in Coſmogr. part. 2. lib. 3.*

terris. Quod ut cum iis quadrat, quæ de eorum aureis ornamentis, tinctis vestibus, armillis, rasis Britannorum genis, & mento, atque id genus aliis á Cæsare & Strabone recensentur, viderint quorum interest.

Quandoquidem verò initia dedit & incrementa horuncce disciplinæ Britannia, Remque tum Britannorum tum Gallorum publicam, mores, linguam, sacra, profana, omnia eadem pene aut paria fuisse jampridem á [o] Gulielmo Camdeno est doctissime ostensum, (quem te memorem Camdene!

In freta dum fluvii current, dum montibus umbræ
Lustrabunt convexa, ac dum Cynosura Britannos;
Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt.)

& Divitiaco Suessionum Regi magnam Britanniæ partem constat obtemperasse, huic Insulæ (ita vero proximat) sive á priscis Gallis communicata, sive Britannis acceptò lata hæc non abs re visum est, ut Britannica, observare.

IX. *Suos liberos, nisi cum adoleverint* (I. Cæsarem legis) *ut munus militiæ sustinere possint, palam ad se adire non patiuntur.*

X. *Viri quantas pecunias ab uxoribus dotis nomine acceperunt, tantas ex suis bonis æstima-*

[o] *Camdenus in Britann.*

tione

tione facta cum dotibus communicant. Hujus omnis pecuniæ conjunctim ratio habetur. fructusque servantur; uter eorum vitâ superarit, ad eum pars utriusque cum fructibus superiorum temporum pervenit.

XI. *Viri in uxores sicuti in liberos vitæ necisque habent potestatem.* Insimulat hinc falsi Justinianum [p] Bodinus, quod patriam præut Romanis potestatem aliis non fuisse adfirmat.

XII. *Cum Paterfamilias illustriore loco natus decessit, ejus propinqui conveniunt ut de morte, si res in suspicionem venit, de uxoribus in servilem modum quæstionem habent, & si compertum est igni* (huc Juris, quo, in Vulcano sacrandis uxoribus quæ nefaria se maritorum cæde polluunt sceleſtæ, nunc utimur, Juriſperitiſſimus ille V. ſummus & digniſſimus per univerſam Angliam judiciis privatis præſes *D. Edwardus Coke* Eq. Aur. refert Antiquitatem) *atque omnibus tormentis excruciatas interficiunt.*

XIII. *Servi & Clientes, quos ab iis dilectos esse constabat, justis funeribus conjectis una cremabantur.*

XIV. *Sanctum, si quis de Repub. à finitimis rumore aut fama acceperit, uti ad magistratum deferat, neve cum quo aliquo communicet.*

[p] *Bolin. lib. 1. de repub. cap. 4. In præfat. ad lib. 6. relat.*

XV. *Magiſtratus quæ viſa ſunt occultant, quæque eſſe ex uſu judicaverint multitudini produnt.*

XVI. *De Repub. niſi per Concilium loqui non conceditur.*

XVII. *Armati (ita mos gentis erat,* inquit [q] Livius, & de Germanis Tacitus) *in concilium venerunt.*

XVIII. *Mos inolevit,* [r] Plutarcho legitur. *ut pacis & belli cum fœminis conſilia inirent, ſi quæ quæſtiones cum ſociis inciderent, earum arbitrio has committerent.* Idem Cecropiis, priuſquam majore fœminarum numero, ut ex Varrone perhibet [ſ] Auguſtinus, ſuffragante, poſthabitus Minervæ Neptunus. Apagete Simonides, & quicquid eſt veſtrum indigniſſimi nitidioris ſexus maſtiges. Expurga, quin obtura os Angerona Eubulo, qui bonarum fœminarum Penelopem ultra & Alceſtem inficiatur excreſcere calculum. [t] Quam latus Gallarum in ſummis rerum neque immerentium conſiliis, prudentiæ, virtuti honos? Quantus etiam & hodie quotannis VIII. id Maii Aureliis ſtatui Joannæ Darciæ Lotharingæ ſuper Ligerim fluvium erectæ? chariſſimam patriam, adepta mi-

[q] *Liv. lib.* 21. [r] *Plutarch. de virt. mulierum.* [ſ] *Auguſt. de Civ. Dei, lib.* 18. *cap.* 9. [t] *Athæneus. Paul. AEmil. hiſt. Frac.* 10. CIↃ. CCCC. XXIX.

rum

rum in modum desperatis rebus victoria, demeritæ. Sexum sane hunc antiquitas adæque atque virilem statuit, ut mittam alia, divinum. Cum Jove, Neptuno, Plutone Diis regnabant in Cælo, Mari, Terris, Juno, Salacia, Proserpina Deæ. Imo triplici Varronis Theologia, Deæ quam Divi plures, [u] *Ipsa quoque & cultu est & nomine fœmina Virtus.* Sed C. Agrippam fœmineam declamando præcellentiam non ago: Res ipsa nimium loquitur. Quod de Britannis [x] Cornelius Tacitus, hoc addo: *Solitos fœminarum ductu bellare: & sexum in Imperiis non discernere.* Queis fœminas jure præesse (κακὰς δ' ἐς ἀλκὴν καὶ σίδηρον εἰσορᾶν ut [y] Euripides) sunt qui magnopere negant. Cæterum ii maxime, qui Salica quod ajunt, lege subnixi mares tantummodo supremi Francorum gubernaculi scribunt hereditariò capaces, mordicùs tenent, & tuentur infesti & invisi Anglorum Juri. Ab hoc stare non modo Pharamundi leges, sed ipsam naturam; *Est*, ait Andegavensis (z) Bodinus, *Gynæcocratia naturæ legibus inimica, quæ viris prudentiam, robur animi, magnitudinem, imperandi vim dedit, fœminis ademit*; Atqui, Bodine mi, nonne prudentia, robur

[u] *Ovid. de art. amandi* 2. [x] *Tacit. in vit. Agr. & Annal.* 14. [y] *Euripid. in Medea.* (z) *Bodin. lib.* 6 *de repub. cap* 5.

animi magnitudo, & artes Imperatoriæ minorum Regum Tutoribus magis profecto quam Regibus ipsis, donicùm adoleverint, optanda, requirenda? puto hercle. Curnàm ideo Blanchiæ haut quaquàm extorsit ista ratio D. Ludovici tutelam? Isabellæ sub Carolo VI? Catharinæ de Medicis, dum cincti diademate pupilli Franciscus & Carolus fratres? Mariæ, regnante jam nunc Ludovico XIII? An ad muliebrem, ut vetustiora recolam, cæcutiebant naturam Iudæi in imperio Deboræ Siseræ triumphato, & sacris satis laudatæ? An Itali in prudentissimæ Amalasinctæ? (a) Halicarnassei in fortissimæ Artemisiæ? Ægyptij (in ijs forum ac negotia fœminæ, viri pensa ac domos olim curabant) & Æthiopes in Nicaulæ, quam Sophiæ cupientissimam honorifice excepit sapientissimus post homines natos Selomo? An Assyrij in Magnificæ Semiramidis? Massagetæ in ultricis Tomiris? Palmireni in castissimæ Zenobiæ? In aliarum, ne infinitus sim, præter Francos (idcirco hos fœmineum aspernatos vult I. Goropius (b) imperium, quod sub Vespasiano Bructerorum res vicinæ, dum fastidiosa illa fatidica Velleda præerat, minus fœliciter cessisse conspexerant) ad unum omnes? Matildæ no-

(a) *Pompon. Mel. l. b. cap. 9.* (b) *Gorop. in Francicis.*

stræ

ſtræ bene novi perjuros Barones viam ad Anglicanum ſceptrum præcluſuros; turpiter turpe cauſatos *ſi tot nobiles fœminæ ſubderentur.* Nec tamen Icenis ab illa, Gildæ Leæna, Boodiciâ, aut à Chartiſmandua Brigantibus contractam legeris turpitudinem; utriſque legeris gloriam & decus. Divam hic fœliciſſimæ memoriæ, Britanniæ delicias, ELIZABETHAM noſtram non meminiſſe non potis es, nec potes magis, quiſquis es, non agnoſcere *minime defuiſſe mulieri* (quod de Sexburgia Cenwalchi Occiduorum Saxonum Regis viduata uxore ſcribit (*d*) Malmesburienſis) *ſpiritus ad obeunda regni munia; ipſa novos exercitus moliri, veteres tenere in officio, ipſa ſubjectos clementer moderari, hoſtibus minaciter infremere, prorſus omnia facere ut nihil præter ſexum diſcerneres.* Cujus de ſummis & vere regijs virtutibus optime cecinit (*e*) Poeta & cætera longe doctiſſimus V. quantivis pretij.

Si quaſdam taculſſe velim, quamcunque tacebo
Major erit: primos actus veteresque labores
Proſequar? ad ſeſe revocant præſentia mentem:
Fuſtitiam dicam? magis at Clementia ſplendet.
Victrices referam vires? plus vicit inermis.

(*d*) *Malmesb. lib.* 1. *geſt. reg. cap.* 2.
(*e*) *Connub. Tam. & Iſis.*

Quid Germani majores noſtri? in eſſe ijs Sanctum aliquid ac providum: nec conſilia earum aſpernabantur, nec reſponſa negligebant, pleraſque augeſcente ſuperſtitione arbitrabantur Deas. Siet itaque εἰς Κόρακας damnatus qui, neſcio quis ſpurcus, militibus eas (Thraſonibus ac Pyrgopolinicibus) in hoc potiſſimum, antiquis non vetetur propalare membranis convenire, *quod plurimum curæ corpori & petulantiæ jugiter indulgent, quod nec milites in fallacijs & circumventionibus citiores exiſtunt, nec exiſtere conantur, quod milites per intervalla fallunt, fœminæ vero continuis deceptionibus invigilant, amaſios quibus poterint modis emungent & ſpoliabunt, ſomniculoſis vigiliis attenuabunt*, & id genus aliis diripientium furore Bacharum nequaquam indignis. Imperium fœminis indulſit (*f*) Plato, haut abſtulit (etſi tiunt quicquid Politicorum interpretes) (*g*) Ariſtoteles. Nulli præcluſa eſt Virtus, omnes admittit. Atque (*b*) Hermes ille Ter Maximus in Poimandra, pro ſua (& magna certe ea fuit præ quam caligantium philoſophorum) Cœleſtium cognitione, Myſticum Ἀῤῥενοθήλεος Menti Deo Totius Univerſi Imperatori adſcribit nomen. Efflictim illæ

(*f*) *Plato lib. 5. de repub.* (*g*) *Ariſt. Poli. 1. cap. ult.* (*b*) *Triſmegiſt.*

à cu-

à cunabulis ſupremæ frænos adminiſtrationis nimio, ad hunc ſane audiunt modum, amant; & eas quis non? Amatis vero quod exoptatiſſimum, id amantes invidere piaculum eſto; & mihi nefas, ut tanto humani generis ſolatio, tam dulci labores inter aſperrimos vitæque viciſſitudines delinimento, & chariſſimo ſupremæ Naturæ Dono ſententia pro viribus non accederem. Sed rurſus ad Cæſaris Gallos.

XIX. *Plerique cùm aut ære alieno, aut magnitudine tributorum, aut injuria potentiorum premuntur, ſeſe in ſervitutem dicant nobilibus. In hos eadem ſunt jura, quæ dominis in ſervos.*

Sunt autem & de Britannis ipſis ſignate hæc relata.

XX. *Utuntur nummo æreo, aut annulis* (ſubſtituunt nonnulli *laminis*) *ferreis ad certum pondus examinatis pro nummo.* Verum *Nundinas & nummum refutant, dant res & accipiunt*, ait recentior (*i*) Solinus. Simul cum Romanis ſignandi pecuniæ morem credit in Cattieuchlanis G. Camdenus adveniſſe. Ex Cenſuali Normanni libro, (hoc de nummis loci opportunum meminiſſe) ut apud veteres Romanos, ita apud noſtros majores pecuniam adpenſam (quod Gervaſio item Tilburienſi docetur) animadvertit is, & numeratam. Romanis autem veſtigalia

(*i*) *Solin. Polyhiſt. cap.* 35.

pen-

pensitabant; (k) Cusi ad hæc, variisque animalium, & fatorum percussi formis ecfodiuntur subinde Nummi. Et pervetusto legitur Chronico Abendodensis Monasterii à Cissa & Ina Regib. fundati, *primis, justu fundamentis vetustissimos Dæmonum ac Satyrorum imaginibus insculptos inventos fuisse.* Britannicos merito intelligas.

XXI. (l) *Leporem, & Gallinam, & Anserem gustare fas non putant: hæc tamen alunt animi voluptatisque causa.* Duntaxat Leporem, Gallinam & Anserem nequeo dicere ob quam rem. Pythagoricum quiddam, & Judaicum video mixtum. Namque generatim minime, verum cum delectu, animalium esu abstinebat Samius.

XXII. *Uxores habent deni duodenique inter se communes, & maxime fratres cum fratribus, & parentes cum liberis: sed si qui sunt ex his nati eorum habentur liberi, à quibus primum Virgines quæque ductæ sunt.* Scelus & confusa nimium Naturæ jura:

(m) *Dii meliora piis, erroremque hostibus istum.*

(k) *V. Plutarch. quæst. centuriat. Rom.* 41. *Bria. Tuin. lib.* 2. *apolog. Oxon.* §. 77. (l) *V. Plutarch. sympos. lib.* 4. *cap.* 5. *Laert. lib.* 8. *Plutarch. sympos. ib.* 8. *cap.* 8.

(m) *Georgic.* 3.

Sed

Sed neque Britannis communitas Platonica plus fiet opprobrii, quam promiscuus ille Thuscis & ante Cecropen (qui διφυὴς dictus) Atticis coitus, Theopompo (n) Suida, & (o) Athenæo auctoribus. Quin, ut plurimum, nostros unis tædis scribit in præparatione Evangelica (p) Eusebius contentos. Num vero male Cæsarem intellexerit Chalcondylas qui [illegible]. ante, & qui excurrunt, annos scriptioni Athenis vacans, (q) & ad novissimum seculum prisca forsan nimio oscitanter trahens, *quando quis* (de Britannis sibi σύγχρονοις, adserere est ausus) *amici domum vocatus, ingrediatur, primum cum amici uxore, mos est, concumbat, & deinde benigne hospitio excipiatur?* An liberrime hospitibus officiosum (Salutis arrhabo) (r) osculum, quod de nostris speciatim sunt qui notant, libatum Chalcondylam lusit offuciis?

Ἔστι καὶ ἐν κινεοῖσι φιλάμασιν ἀδέα τέρψις.
Olim (e) Theocritus. Et
Qui vult cubare pangit saltem suavium.

(n) *Athen. dipnosoph. lib.* 12. & 13.
(o) *Et Suidas in* κέκροψ. (p) *Euseb. lib.*6. *præpar. Evangelic.* (q) *Apud Abrah. Ortelium in theat. mund.* (r) *Munstr. Boemus, &c.* (e) *Theocrit. Eidyll.*3. & *un.*

Plauti

Plauti servus. (e) Atque ille alter.

Quæro deinde illecebram stupri, principia eam savium posco. Et

& jam illud non placet principium de Osculo;

Alcumenæ Zelotypus Amphitruo. Atque lascivo male metuens genio formosi aspernatus est osculum Agesilaus. Parva, ut inquit ille, leves capiunt animos. Novit hæc (f) Græcus noster & impudicum illud fortasse ruminatus est ---- *si non & cætera sumpsit*

Hæc quoque quæ sumpsit perdere dignus erat.

Quin φιλοσοφώτατος I.C. torum (h) Baldus patris sponsionem, admisso ad osculum á filia proco, haberi ratam dedit in responsis. Quod tamen ad nos spectare jus, perridiculum esset autumare: Ubi, non adfictis collumbantes labris Cattuliana, & impressa, molesve morsiunculas, sed levia, ore verecundo, pudica & Sororia facile præbihent salutantibus & urbane & Puellæ & Nuptæ. Omissa semper Rusticitatis, data raro arguunt impudicitiæ. Neque sibi obvertunt caperata cornua fronte, aut male metuunt suspicaces ab hoc more (extra quam forte Κερασβολος quis) Mariti. Le-

(e) *Plaut. Curculio Amphitr. & Casinâ.*
(f) *Plutarch. de aut. poet.* (g) *Ovid. de art. am.* 1. (h) *Bald.* 5. *consil.* 78. *Alber. Gen. de Nupt.* 2. *cap.* 13.

scioso

ciosus forsan hæc Chalcondylas per transennam vidit, & errore est abusus, dum nimirum Britannos jugali fretos fiducia Zelotypis Italis, Venetis, Hispanis, & suis etiam popularibus composuit. Quos tam caute pudicitiæ septa, custodes catos, & munimenta (ut plurimum mecastor in cassum) tanta sedulitate & dubia fide ponere, mirum, cum velut ab oraculo sint illa, tametsi lascivo.

Quod licet ingratum est: quod non licet acrius urit. (i)
Ferreus est, si quis, quod finit alter, amat.
Si qua, metu demto, casta est, ea denique casta est;
Quæ quia non liceat, non facit, illa facit.
Qui timet ut sua sit, ne quis sibi subtrahat illam;
Ille Machaonia vix ope sanus erit.

Propensam quis ignorat in vetita naturam? & licita sæpius amittit, qui tentat illicita; quin tutior sane liberrimus ille thermarum in Germania Badensium mos, quam Ζηλοτυπεῖν.

(i) *Ovid. Amor.* 2. *Eleg.* 19. & 3. *Eleg.* 4. & *lib.* 2. *de remed. amoris.*

quis

——— *quis non bonus omnia malit.* (k)
Credere, quam tanto sceleri damnare puellam?

Verum τὸ μὴν πάρεργον ἔργον ὡς ποιούμεθα.

Ostendit I. Cæsar Britanniam posteris potius quam tradidit: Utut (*l*) Malmesburiensis *in Latias ab eo jurare leges compulsam* ait; Incolis certe vix minuit (nam imposita tributa brevi excussit defectio) LL. libertatem. Octaviano, Tiberio, & Caligula Impp. eadem sunt omnimodo usi, fruiti. Aulus Plantius Prætor Claudij Cæs. auspicijs exercitum in Britanniam duxit. Ἦσαν δὲ ἄλλοις (Incolæ, (*m*) ita Dio) βασιλεῦσι προστεταγμένοι: id est. *Regibus diversis subjecti.* Caratacum & Togodunum Cunobellini Regis filios vicit, transmisit & ipse in Insulam Claudius, conlatis signis dimicavit, victoria potitus Camalodunum Cunobellini regiam cœpit, incolis arma ademit, Plautio regendos subigendosque reliquos mandavit, Romam se ipse recepit, splendidissimo fastusque pleno honoratus triumpho. Hic enim is fuit.

(k) *Virgil. in Cieri.* (*l*) *Malmesb. de gest. reg. lib.* 1. *cap.* 1. (*m*) *Dio. hist. Rom. lib.* 60.

Cuique

Cuique Britanni terga dedere (n)
Ducibus nostris (Seneca Tragœdus) *ante ignoti*
Fuere sui. ———

Insula, magnam partem, in Romanorum potestatem, & præsidialem redactam Provinciam, Colonia Camalodunum, authore (o) Tacitus & (p) Dio, valida veteranorum manu deducitur in agros captivos, *subsidium adversus rebelles. & imbuendis sociis ad officia legum* (q) Priscus de ista siclapis,

---

CN. MUNATIUS M. F.
PAL. AURELIUS.
BASSUS. PROC.
AUG.
PRÆF. FABRO. PRÆF. COH. III.
SAGITTARIORUM. PRÆF. COH.
ITERUM. II. ASTURUM. CENSI-
TOR. CIVIUM. ROMANORUM. CO-
LONIÆ. VICTRICENSIS. QUÆ.
EST. IN. BRITANNIA. CAMALO-
DUNI.

Templum ad hæc Claudio, ara (seu ut pla-

(n) *Senec. in Octav. act.* 1. (o) *Tacit. lib.* 12. *ann.* (p) *Dio. lib.* 60. *hist.*
(q) *Camden. & Lipsius ad Tacit. num.* 75.

cet

cet Lipſio *urra*) *æternæ dominationis* conſtitutum. Sed parum, inquis tu, hæc ad rem noſtram; imò maxume, & quæ inſtituta, leges, mores & Romana omnia in Britanniam peregre adſerunt. Propter Fanum, S. Albani in agro Hartfordienſi Municipium certe fuit ſedes Caſſibellini Verulamium, & Municipes, ex (r) Agellio docemur, fuere Cives Romani ex Municipiis ſuo jure utente & legibus, muneris tantum cum Pop. Rom. honorarij participes: Cæterum Coloniam Camaloduni (Malden Eſſexiæ) habemus quæ alia neceſſitudine nixa, ex civitate propagata, jura inſtitutaque omnia Pop. Rom. non ſui habuit arbitrii, Sirempſque alibi hac inſula non uno loco. (ſ) Præbet averſa pars Severi Imp. Nummi

COL. EBORACUM. LEG. VI. VICTRIX.

& Septimii Getæ numiſma altrinſecùs,

COL. DIVANA. LEG. XX. VICTRIX.

Ogygiam Divanam (cum Ptolemæi Deunana hæc eadem interpretatur Coſnaviorum

(r) *Agell. lib. 16. cap. 13.* (ſ) *Camdenus.*

Ce-

Ceſtria. Priſci dein fragmentum in Bathoniæ mœnibus portam prope Borealem fixi ita fert inſcriptio :

† DEC. COLONIÆ. GLEV. VIXIT. ANN. LXXXVI.

Glevum quæ nobis Gloceſtria. Idipſum forte Colceſtriæ jus, niſi à Colno ſubterlabente fluv. mavelis originationem. *Hic denique populus quot* (inquit ad Albinam Seneca) (x) *Colonus in omnes provincias miſit; Ubicunque vicit Romanus habitat.* Plures ecce provincia Britannica: quarum aliam, à Britannorum, Rempubl. atque alias leges in ipſa licet conſpicari, quam, è Cl. V. antiquitatis callentiſſimo, ac undiquaque longe doctiſſimo & celeberrimo (y) I. Lipſio, dabimus, poſt deductionem, conſtituendi formula. *Ratio & modus erat* (ſic ille) *ut Agri dividerentur viritim: idque a* III. *viris, quos gravis & prudentes viros huic rei legere ſolebant, qui & ſedes agroſque & ipſum oppidum (ſi condendum eſſet) diſponebant, & jura ac formam novæ quaſi Reipub. dabant. Sic tamen ut omnia Romam & urbem Matrem referrent ipſique quoque locis, Fora, Capitolia, Templa,*

† *Decurioni.* (x) *Senec. ad Alb. cap.* 7.
(y) *Lipſ. lib.* 1. *de mag. Rom. cap.* 6.

Cu-

Curiæ pro illa imagine essent, & in gubernatione Duumviri plerique locis quasi II. *Consules, Ædiles item & Decuriones pro Senatu*; Quæ ille: Haut injuria igitur (z) Beatus Gildas: *Non Britannia, sed Romania censebitur.* Et antiquam à Josepho Scaligero e situ vindicatum Carmen.

Mars Pater, & nostræ gentis tutela Quirini,
Et magno positus Cæsar uterque polo;
Cernitis ignotos Latia sub lege Britannos, &c.

(a) Imperiale Gynæcium Ventæ Belgarum (hodie Wintoniæ) atque id genus quæ sunt alia missa facio.

(b) Vespasiano Tito, & Domitiano CÆSSS. legatus agebat hic Taciti socer Julius Agricola. Ad civiles hortabatur is mores Barbaros, usque adeo ut habitus Romanorum honor, & frequens Toga; atque ut (c) Juvenalis Satyra.

Gallia Causidicos docuit facunda Britannos.

Redintegrata adfulsit Imperante Commodo Britannis Lux Christiana. *Lucius* Rex Christianorum primus; habuerunt enim Romani, ut in cæteris, ita in Britannia servitutis instrumenta & Reges) procurantibus Fugatio & Damiano obsignationem re-

(z) *Gildas in epist. de excid. Brit.* (a) *Notitiæ Provinc. ut Imp.* (b) *Tacit. vit. Agric.*
(c) *Juvenal. Sat. 6.*

gene-

Generationis ab (d) Eleutherio Pp. fœliciter accepit, & sacras Æternæ salutis leges. Voluit & petiit etiam profanas.

(e) *Furaque ab hac terra cætera terra petet.* de Romana cecinit diu antidhàc Naso. Eleutherius autem; (f) *Petiistis*, ita rescripsit *à nobis leges Romanas & Cæsaris volis transmitti, quibus in regno Britanniæ uti voluistis, leges Romanas & Cæsaris semper reprobare possumus, legem Dei nequaquam. Suscepistis enim nuper misericordiâ Divinâ in Regno Britanniæ legem & fidem Christi. habetis prunes vos in regno utramque paginam; ex illis Dei gratia per consilium regni vestri sume legem, & per illam, Dei patentia vestram reges Britanniæ regnum. Vicarius vero Dei istis in regno.* Ævi injuria quicquid de hoc *Magni splendoris* Principe sit intervorsum, fide isthoc constat antiquorum, gerras Paganorum Germanas, Dæmonumque latriam Veri Dei cultui propediem cedere occœpisse, pulsisque Archiflaminibus. III. & XXVIII. Flaminibus Archiepiscopos totidem & Episcopos (Archiepiscopis sedes Londini, Eboraci, & in Urbe Legionum) succidaneos datos; queis atque aliis Viris Deo vacantibus *possessiones & territoria abundanter Rex conferens chartis & munimentis omnia communivit. Ecclesiæ.*

(d) *Platin. in vita Eleutherii.* (e) *Ovid. 1 Fast.* (f) *Fox. hist. Eccles. lib. 1.*

vero

vero (sic Monumethensis & Flori legus) *ita constituit esse liberas, ut quicunque malefactor ad illa confugeret illæsus ab omnibus remaneret.*

Sub Constantino Cæsare (cujus ad Britannicum & regium sanguinem plerique retulere natales) præfuit Britanniæ Præfectus Præt. Galliarum. Hunc ille cum cæteris Illyrici, Orientis, & Italiæ instituit: sub eo Vicarius Britanniæ (cujus insignia liber clausus, & viridi tectus corio) *Spectabilis* titulo honoratus. Parebat & huic II. Consulares & III. Præsides (pro quintuplici provinciæ sectione) qui causas civiles & criminales audiebant. Atque postremam hic de Britannis, ac in Britannia Romanis LL. qua nempe suppeditant, quos habeo, scriptores columnam figo.

Incursantibus postmodum ad Septentrionem, & terras provincialium cottidie depopulantibus Scotis & Pictis, auxiliares à Romanis implorantur copiæ. Romæ interea pari infortunio imminens Gothorum furor minitabatur; tota timebat, tremebat Italia. Cujus ad propugnandum libertatem conlatis viribus fuit accinctum pluſquam divergens Imperium. Hac igitur Bri-

(g) *Zosim. lib. 2. Notit. Provinc. utr. Imper. libr. 1. comm. cap. 5. lib. 2. comm. Pauciroli cap. 69.*

tannis

annis frustratio. Itaque Vortigernus, cui summa fuit rerum, subsidiarios è vicina Germania accivit & pellexit. Sed Carpathius leporem. *Saxones*, *Angli Jutæ*, *Frisones* hoc nomine, sub Theodosij Junioris tempora, myoparonibus adpellunt. Soli tandem dulcedine (numerosa popularium insequente migratione, & circa id tempus fatales fuere per terrarum pæne orbem migrationes) & summi Imperij cupidine ducti, foedus cum Pictis fœdere, funestum in novitios hospites, sub quis stipendia erant meriti, movent bellum: & ut paucis expediam, exutis denique avorum sedibus Britannis, (*b*) metipsos Angliæ (ab illis sic dictæ) ecrehunt in Heptarchiam. Vario tametsi nomine, re eâpse ijdem & Saxones. Nomen, tunc temporis in Germania fullissimum, quod non Albi, Rheno, Odera Fl. Hassiæ & Thurnigiæ confiniis, ac Oceano, ut recentioribus Geographis, terminatum, verum & in Chersonesum Cimbricam usque erat exporrectum. Maritumos Britanniam adnavigasse est veri simillimum. Primo nimirum Horsam & Hengistum è Batavia, comitante *Saxonum* caterva; confluxisse dein è Jutia *Futas* (vocabulo isthoc Danos ipsis Saxonici Imperii incunabulis

(*b*) *Longa est injuria longæ ambages, sed summa sequor fastigia rerum.*

lit-

littora noſtra occupaſſe vincit (*i*) Janus Douza: ex Angela, juxta Camdenum, ſub Flemsburgo Urbe Sleſwici *Anglos*, è Friſia (Procopius (*k*) eſt auctor) *Friſones*. Univerſos Saxones injuria nullus dixeris; niſi & injurius Fabius Quæſtor Æthelwerdus ſuæ genti. Floruit is DCL. ante annos (*l*) Ethelulpi Regis nepos & ſuis ediſſertat verbis *tuiſſe Gentem Saxonum in tota maritima à Rheno fl. uſque in Doniam Urbem quæ nunc vulgo Danmarc nuncupatur*. Neq; enim Dammarciam in contiguis Ultrajectinorum & Amſtelionorum territoriis ob anguſtiam tractus fas eſt hic exiſtimare. Quæ igitur de Saxonibus pauca (*m*) Adamus Bremenſis ex Einhardo eſt traloquutus, quippe quorum Antiqui noſtri Saxenes conjicio participes ita fabula.

XXIII. *Quatuor diſſentiis gens illa conſtitit. Nobilium* ſci. *liberorum libertorumque atque ſervorum*. Et Nithardus (*n*) de ſuo ævo: in *Ethelingos*. i. Nobiles, *Frilingos*. i. ingenuos. & *Lazzos*. i. ſervos diſpertivit. *Legibus firmatum, ut nulla pars in*

(*i*) *I. Douz. Annal. Holland.* 1. & 6.
(*k*) *Procop. lib.* 4. *bell. Gothic.*
(*l*) *Æthelwerd. lib.* 1. *fol.* 4.
(*m*) *Adam Bremenſ. hiſt eccleſ. Brem. & Hamburg. cap.* 5. *ex Bibliotheca Hen. Ranzovii.* (*n*) *Nithard. lib.* 4.

copu-

copulandi conjugii propriæ sortis terminos transeat, sed nobilis nobilem ducat, liber liberam, libertus conjungatur libertæ, & servus ancillæ. Atque in legibus Henrici Ducis Saxoniæ Imp. Electi de Torneamentis. *Quum Nobilis aliquis civem duxisset uxorem, aut rusticam mulierem, huic interdictus erat ludus iste usque in tertiam generationem.* utifert (o) Sebastianus Munsterus. Verabant & XII. Tab. Patriciorum cum plebeiis connubia; quod lege Canuleia post abrogatum. Proportionem n. non Arithmeticam, quæ constat æqualibus, neque adeo Geometricam, quæ similibus, sed, quæ concinentibus dissimilibus, Musicam Connubiis & Politici & I C. ti censent adhibendam. Plebeia locuples Patricio egenti nubat; Pauperem plebeiam Patricius ducat factiosus. & opulentus; dissimilitudinem in Harmoniam (p) cocinnet ex Poro & Penia genitus Amor, discorsque hæc concordia fœtibus apta est. Nam bene sibi sit dotatum oportet atque Crasso quam Iro propiorem, qui ob

multas in magnis dotibus
Incommoditates, sumptusque innumerabiles

indotatam (q) cum Plautino Megadoro

(o) *Munster. Cosmograph. lib. 3.* (p) *Plat. in Sympos.* (q) *Plaut. in Aulul. act. 3.*

uxorem adfectat: secundum quod ad Priscum Martialis; (r)

Uxorem quare locupletem ducere nolim
Quæritis? uxori nubere nolo meæ.
Inferior matrona suo sit, Prisce, marito.
Non aliter fium fœmina virque pares.

& ——— τὴν κάτα σ' αὐτὸν ἕλε

Cæterum hujus ad imaginem mentis parum nostri fictum est ævi. Cedunt nimium claritudo generis, Virtus, Venustas & quicquid in Pandora boni, pulchri, sæpius Opulentiæ, & crumenæ, ut Comici verbo utar, ære pressatæ. Atque ut ille Tejus.

Γένος οὐδὲν εἰς ἔρωτα.
Σοφὶν, τρόπος πατεῖται,
Μόνον ἀργύρου βλεπούσιν.

Adamum repeto.

XXIIII. *Ejus gentis cum qua bellandum fuit captivum quoquo modo interceptum cum electo popularium suorum patriis quemque armis committunt, & victoriam hujus vel illius pro judicio habent.*

Hoc ipsum etiam ipse (u) Tacitus, ad quem

(r) *Martial. lib. 8. epig. 12.* (s) *Callimach. Epigramm. 1.* (t) *Plaut. in Asinar. Anacreon. Carm.* εἰς Ἔρωτα.

(u) *Et Tacitus.*

ab

ab Einhardo ablegamur, De Germanis enim licet doceat ille generatim, absq; nihilo secius hæsitatione Nostri Saxones eorum, quæ in, de moribus Germanorum traduntur in hanc insulam quamplurima transvexêre. E quibus hæc sunto.

XXV. *In conciliis Rex vel princeps, prout ætas cuique prout Nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia est, audiuntur, auctoritate suadendi magis quam jubendi potestate. Si displicuit sententia fremitu aspernantur. Sin placuit, frameas concutiunt. Honoratissimum assensus genus est armis laudare.* Hinc forsitan *Wapentachiorum* vetustum jus.

XXVI. *Eliguntur in iisdem conciliis & principes, qui jura per pagos vicosque reddunt. Centeni singulis ex plebe Comites Consilium simul & auctoritas adsunt.* Centuriarum quas adhuc per provincias habet Anglia plane imago.

XXVII. *Nihil publicæ neque privatæ rei nisi armati agunt; sed arma sumere non ante cuiquam moris, quam Civitas suffecturum probaverit. Tum in ipso concilio, vel principum aliquis, vel propinquus scuto frameâque juvenem ornant: hæc apud illos Toga, hic primus Juventæ honos: ante hoc Domus pars videntur, mox Reipublicæ.* Priscum Equites creandi si alias uspiam hic vestigium. De Galli (x)

(x) *Cæs. l. 6. de bell. Gall.*

ferme idem I. Cæsar. *Suos liberos nisi cum adoleverint, ut munus militiæ sustinere possint, patiam ad se adire non patiuntur.*

XXVIII. *Ingenuis nobilitas, aut magna patrum merita principium dignationem etiam adolescentulis essi nant.* Hæc enim debemus, ut (y) philosophus ille, virtutibus, ut non præsentes solum sed etiam ablatas e conspectu colamus; & honos liberorum Gloria, Solomoni, parentum

XXIX. *Dos mea non uxor Marito, sed uxori Maritus offert.* Contra quam Jus ait Romanum id etiamnum (ut alibi Morgangyb) Anglis in usu.

XXX. *Accisis Crinibus nudatam adulteram coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnia vicum verbera agit.* Gravissimi in Septentrionali hoc Orbe Adulterii olim vindices, (z) & leges ipsis

——— *Marti Venerique timendæ.* (a)

Statuit (b) Canutus, uxori quæ alium sua tollit vectorem navi, &

πολλάκις ἐκ νυκτῶν ἄλλον ἔχει
λιμένα, (c)

nasum & auricu'as (bene vortat tuis Venus,

(y) *Senec. de benef. l. 4. cap. 30. Proverb. 17.* (z) *Ubi nunc lex Julia dormis?* (a) *Juvenal. Satyr.* (b) *Canut. leg. can. 50.* (c) *Theognes.*

nec

nec tenellulis alumnis lubens obscæno) præcidunda. Interim natur, memini, apud (d) Homerum Antinous Iro narium, aurium & genitalium abscissionem, atque illance dat Ulissi pœnam c prarius Melanthius, quod procis locasset operas. Ut deformatrice naturæ hac dignus, nondum satis intelligo. Illam præcipue partem, (e) ait Heraclides Ponticus, Legislatores consuesse mutilare quæ scelus commisit. Tityi jecur libidinis officinam memorat ille testem; & alios magis adpositos haut fuerit difficile, & pereant partes quæ nocuere, canit aliquis. Veruntamen non aures nequaquam nares Melanthij deliquere, non Stupratæ uxoris; ut ad maritum (f) Martialis Caput lepidum.

Quis tibi persuasit nares abscindere macho.
Non hac peccatum est parte, marite, tibi.

Sed quis non videt, alia fœminæ esse nulla perinde mutilationi obnoxia membra? Præstant ad ornatum utraque, nec quæ abscissa & majus adferunt pulchritudini dedecus, & minus simul virtutem quam dicunt, animalem malo mactant in toto sunt

(e) *In Allegoriis Homer* (f) *Martial. lib. 2. Epig. 43. Salve Pudor; absit te violem.*

exteriori microcosmo. Eorum autem libidinem, qui intemeratæ Pudicitiæ, Premæ & Mutino Diis non ita faventibus, vim olim & vitium inferebant, mantabat *amissio membrorum, ut sit membrum pro membro* (Henricum de (g) Bractona antiquiss. Juris nostri scriptorem legis, & clara Talionem (h) Angliæ fuisse sunt testimonia) *quia virgo, cum corrumpitur, membrum amittit, & ideo corruptor punitur in eo in quo deliquit: oculos igitur amittat propter aspectum decoris, quo Virginem concupivit, amittat & testiculos qui calorem stupri induxerunt.* Olim. (i)

Aut linguam aut oculos, & quæ tibi membra Pudorem.
Abstulerat, ferro rapiam ——·-·-

Philomelæ de spurcissimo Tereo Progne. & Plautus in Pœnulo. Sy. *facio quod manifesto mœchi haud ferme solent. Mi. quid id est? Sy. refero vasa salva.* Galfredum de *Millers* Norfolciensem & Nobilem ob illectam in stupri pactum & Veneriis vadimoniis convadatam (k) *Johannis Britonis* filiam perfidæ infidis mulierculæ speratis fraudatum gau-

(g) *Bract lib. de coron* 3. *cap.* 28.
(h) *An.* 8. *Ed.* 3. *fol.* 20. *a Britton. cap.* 25.
(i) *Metamor.* 7.
(k) *Matth. Paris in H.* 3. *pag.* 1200.

diis,

diis, prehensumque, & hanc luisse, & quicquid voluit patris, à tanto dehonestamento, furor memini perpessum; sed vero insensum graviter regem (Hen. III.) exhæredem feciſſe *Britonem*; relegasse, (*l*) *& voce prætenia jussisse pro lege acclamari, ne præsumat quis, nisi pro conjuge, adulterum membris mutilare genitalibus.* Atqui recentius illa, & post Normannos, & ab eis; ni quod de servo & servula in (*m*) Aluredi legibus habetur huc feras. Unde lapsi sumus iterum ad Tacitum.

XXXI. *Heredes succesſoresque sui cuique liberi: & nullum testamentum.* De prædiis rusticis usque ad avorum memoriam præterquam in *Burgis* singulari jure utentibus testari neque apud nos licuit. *Si liberi non sunt, proximus*, ait ille, *gradus in possessione fratres, patrui, avunculi.* Præcluduntur hærediis ascendentes, & paterni Sanguinis elucet hic dignitas. Jus Anglis jam nunc usitatum.

XXXII. *Suscipere inimicitias, seu patris, seu propinqui quam amicitias necesse est.* Notæ Aquilonaribus nostris Capitales inimicitiæ. Deadly-Feud vocant. *Nec implacabiles durant. Luitur enim etiam homicidium certo armentorum ac pecorum numero recipitque sa-*

(*l*) *V. leb.* 2. *art.* 8.
(*m*) *Alured. leg cap* 25.

tisfactionem universa domus. Capitum æstimatione (pepzilo dicta) redempta olim homicidia: etiamsi virum primorem, imo ipsum, ut videre est in Athelstani constitutionibus, si Regem quis occidisset. Sed Boni mores legibus, opinor, præpolluere.

XXXIII. *Frementi modum Dominus, aut pecoris, aut vestis colono injungit.* Quam in ænigmate magis perspicuo contueri licet hic *Feuda* rustica. Militarium autem, nefas non sit adscribere, antiquissimas perhibent imagines (*n*) Dionysius Halicarnasseus in Trojanis & Aboriginibus, Florus in Cimbris, & Lampridius in Alexandro Severo. Hunnis & Longobardis debent ea Septentrionales, & Itali ad recentiorem formulam. Cornelii Taciti quæ huc spectant hæc sufficiant.

Prius quam τὴν πολιθεότητα Saxonum Christiana exterminarat doctrina, fuere ista omnia. *Ethelbertus* (primus ille, nodum Cantii præter Northumbriam totius Angliæ Rex sacrosanctæ ab Augustino Monacho, Anglorum ut apint Apostolo, tinctus) *inter cæteras bonas quæ genti suæ*, authorem audis Venerabilem Bedam (*o*) *consu-*

(*n*) *Dionys. Halicar. lib. 1. Flor. hist. Rom. lib. 2. cap. 3. Lampridius. V. Bodin. de rep. lib. 2. cap. 2. & Franc. Hotoman. disp. Feud. cap. 2.* (*o*) *Bed. hist. Eccl. lib. 1. cap. 2.*

len-

lendo conferebat etiam decreta illi judiciorum, juxta exempla Romanorum, cum consilio sapientum instituit. Quæ conscripta Anglorum sermone habentur, sic ille, *habentur & observantur ab ea. In quibus primitus posuit qualiter is emendare deberet qui aliquid rerum vel ecclesiæ, vel episcopi vel reliquorum Ordinum furto auferret.* Hujusce posterorum in legibus, Alfredi (qui ad sua ex Ethelberti actis excerpsi) & Athelstani nummis luunt Fures: juxta ac de Germanis Tacitus: *Levioribus delictis; pro modo pœnarum, equorum pecorumque* (nam pecoris antiquitus ante æs & argentum signatum erat, ut est apud (p) Festum pœna:) *numero convicti multantur.* Admolientibus autem sacro manum, præcisam legimus qua cum furati. Sed fallor? an etiam sub Saxonico Imperio sacrilegium capite plexum? Suadet G. Malmesburiensis (q) in degestis Pontificum locus. *Cogno-*

(p) *Fest. verb. Pecul. & verb. Ovibus. v. in leg. cap. 13.* (q) *Malmesb. de gest. Pontific. lib. 1. Ranul. Higden in Polychronico. Joan. Carnotensis de nugis Curial. lib. 5. cap. 17. Caxt. cap. 6. circumlatum hoc nomine librum perpulchre MS. amicissime usui meo pro sua contulit (quam non gratissime agnoscere duco turpissimum) humanitate V. genere & studiis Nobilis* Warinus Tounsend *è Societ. Linc.*

men loni (Theodredum dicit Londinensem regnante Athelstano Antistitem) *vulgo sortitum pro prærogativa virtutum uno excidit magis errore quam crimine, quod fures apud S. Edmundum deprehensos, quos constibus irritis martyr invisibili nodo astrinxerat* (sacratas Edmundo ædes, in agro Suffolcienſi, compilaturi miraculo dicuntur ſperata præda, tanquam locis irretiti:) *severitati legum addixerat, patibulis adjudicatos.* Minime aliud ævo hoc medio æſtimet quis patibulum à furca, quæ ſuſpenſum & ſtrangulatum examinat.

XXXIV. *Egbertus Occiduorum Saxonum Rex quatuor* (Camdeni verbis utor) *regni victoria complexus cum reliqua etiam* II. *ſpe devoraſſet, ut, quæ in unius imperium deveniſſent, in unum item nomen coirent, & ſuæ gentis memoriam conſervarent Heptarchiam quam occuparant Saxones promulgato edicto* Engelond *vocari juſſit.* Joannes Carnotenſis ab Anglorum adventu ſic dictam ſcribit; & ab Hengiſti voce quis alius.

Quamplurimæ *Inæ, Alfredi, Edwardi, Athelſtani, Edmundi, Edgari, Ethelredi, & Canuti* Dani Regum Saxonico conſcripto idiomate leges in hæc uſque tempora ætatem tulere. Canutus n. *Omnes leges ab antiquis regibus,* (G. Malmsburienſis adloquitur) *& maxime ab anteceſſore ſuo Ethelredo latas ſub interminatione regiæ multæ perpetuis temporibus ob-*

observatri præcepit, in quarum custodiam etiam nunc tempore Bonorum, sub nomine Regis Edwardi juratur, non quod ille statuerit, sed quod observaverit) Edwardi atque etiam Cognomento, ob pietatem, *Confessoris* lectorum teruntur manibus. Hæ ipsæ Latinæ; illas non ita pridem latinitate donavit G. Lambardus V. doctus, & Antiquitate versatissimus, utrasque è tenebris vocavit in lucem. Saxonicum Archetypum, suamque è regione versionem ex Officina Joannis Daii, Londinensis Typographi, Anno. CIↃ. D. LXVIII sub titulo Archæonomiæ, sive de priscis Anglorum legibus libri, in vulgus emisit. Sua digno sibi sit messis. Ab historicis nos nonnulla alia huic operæ.

XXXV. *Totius Angliæ* (de (r) *Aluredo* Rege sic scribit Ingulphus Abbas Croulandensis) *pagos & provincias in Comitatus primus omnium commutavit.* Ante pro numero hydarum regiunculis erat censita & divisa. *Comitatus in Centurias. i.* Hundredas (Parœcias diu antidhac Honorius Archiepisc. (*s*) Cantuariensis A. CH. Dcxxxvi. Disterminarat:) *& in decimas.* i. tithingas *divisit, ut omnis indigena * legalis in aliqua centuria & decima existeret.* Quisquis nimirum XII. compleverat ætatis annum: *& si quis suspe-*

(r) *Rotulus Wintoniæ.* (*s*) *Hist. Cantuariensis.*

* Inlaughe.

ctus

ctus de aliquo latrocinio per suam centuriam vel decuriam vel condemnatus, vel invadiatus) nonnullus mss. *absolutus) pœnam demeritam vel incurreret vel vitaret:* Adjicit G à Malme burii. *Qui vadem non repererit severitatem legum horruit: si quis Reus, vel ante vadationem vel post transfugeret omnes ex centuria & decima Regis multam incurrerent.* Origo hic *Decennæ, Friborgi* forsitan & *Manupastus*; quæ tametsi ævo præsenti obsoleta, non Confessoris modo legibus, verum etiam in Henrico de Bractona Jurisque nostri Annalibus (t) sæpissime memorantur. *Decenna* quid fuerit ipsum ferme vocabulum, & Ingulphus ostendit: Friborgh, sive Borgh, Vadem Latine dixeris (nam Fri solummodo liberum denotat.) Hunc qui alterius morum pericula subeundo se præstiterit, eum in suo dictus est habere *Borgho*, reipub. si quod admissum facinus, hoc nomine obstrictus. Atque inde est quod Nostrates Pagani Vicinos (inquam adtubernales) Nighbours dicunt, cum tamen τοῦ Eburonum Belgii ἐτυμοῦ scrutatores *Burgh*, (idem etenim Borgh, pro vicino intelligant, idque plane adseveret (u) Pontus Heuterus in aliis ori-

(t) *Leg. Edw. Confess. cap. 20. Bract. lib. 3. tract. de Coron. c. 10.*

(u) *Pont. Heut l. 1. vet. Belg. c. 13.*

ginationibus

ginationibus *Manupastus* id ipsum qnod Familia; similem plane ad sententiam dominum appellat (x) Julius Pollux Græce è τρεφιμον. Et Fribergi, & Manupastus jura tritavorum memoria, fuisse Anglis in usu manifestum. Curio Presbyter Ed. III. (y) quod nempe ex illius fuerat familia Sicarius, multatur. Et antiquæ *de itinere Cancii*, sub Ed. II. (z) schedæ hac facem accendunt. *Radulphus Molendinarius de* Sandon, *& Rogerus Garcio ejusdem* (impurum nollem polite, quisquis es rideris sermonem) *Radulphi de Borgh de* † Twicham *venerunt noctanter ad Molendinum de* Harghes, *& ibidem occiderunt Willielmum Molendinarium, & bona & catalla sua asportaverunt, & statim fugerunt, nescitur quo devenerunt, & Juratores male credunt ipsos Radulphum & Rogerum de morte prædicti Gulielmi, ideo ipsi exigantur & utlagentur; nulla habuerunt catalla, sed prædictus Radulphus fuit in Borgh Simonis* Godwin *de* Twicham *qui modo non habet ipsum ideo in misericordia. Et Rogerus non fuit in Borgh, sed fuit de Manupastu Roberti Archiepiscopi Cantuariensis qui obijt: nulla Englesheria presentata, Judicium, Murdrum super Hundredum. Primus inventor & tres vicini obierunt, & Thomas*

(x) *Jul. Pollux. lib. 3. cap. 8.*
(y) 3. *Ed.* III. *Itin. North. tit. Coron.* 293.
(z) 6. *Ed.* 2. *Itin. Canc.*

de

de Wioks *unus vicinorum venit, nec male creditur, & villatæ de* Wilmesbugewille *& Egrum non venerunt plene ad Inquisitionem Coronatoris, Ideo in misericordia.* Et eadem tempestate. *Salamon* Rois *de* Icham *venit ad domum Aliciæ, filiæ Dionysij de Whenes, & ipsam verberavit & percussit super ventrem cum quodam baculo, ita quod statim obijt. Et prædictus Salamon statim fugit, & Juratores male credunt ipsum de morte prædicta. Ideo exigatur & utlegetur, nulla habuit catalla, nec fuit in Borgh quia vagans, nulla Englesberia presentata: Judicium Murdrum super Hundredum, &c.* Atque ad hanc formulam comitata sunt ista plura. Verum satis sit hæc admonuisse; Adjecto ex (a) Henrico à Bractona, *si extra Francum plegium fuerit delinquens in aliqua villa receptatus, erit villata in misericordia, nisi salvè sit ille qui fugit, quod in decenna & franco plegio esse non debeat: ut Magnates, milites, & eorum parentes,* (filii primogeniti, in (b) Annalibus juridicis Ed. I. & fœminas complectare tu) *clericus, liber homo* (vereor hoc irreptasse) *& hujusmodi secundum consuetudinem patriæ, & quo casu tenebitur ille in quibusdam partibus, de cujus fuerint familia & manupastu & pro eis respondebit nisi consuetudo patriæ aliud inducat, quod pro manupastu suo*

(a) *Bract. lib. 3. de Corona cap.* 10.
(b) *An* 21. *Ed.* 1.

non

non debet respondere, sicut in Com. Hertford. ubi non respondet quia pro manupastu suo pro aliquo delicto nisi redierit post foloniam, vel post delictum eum receptaverit, ut de Itinere M. de Paveshul in Com. Hertford. anno reg. H.V. Restant partim næ ista in Decuriis nostris & Centuriis hactenus neutiquam omnino antiquata.

XXXVI. *Præfectos provinciarum, qui antea Vicedomini* (ad Ingulphum reversus es & Aluredum) *in duo officia divisit.* i. *in Judices quos nunc Justiciarios vocamus, & in Vicecomites, qui adhuc idem nomen retinent.* Facessat ergo Polydorus Urbinas, qui primos a Normanno petit Vicecomites.

XXXVII. Hortatus est Regem Joannes Scotus Erigena, ad imbuendos bonis literis subditos, & quod in rem Musarum esset conducibile ex edicto satageret. (c) *Universis dein liberis hominibus totius regni, qui ad minus* II. *hydas terræ possidissem firmiter præcepit, ut liberos suos usque ad spatium* XV. *annorum ætatis suæ haberent, & tenerent ad literarum eruditionem ipsosque interim diligenter instruant, ut Deum agnoscant.* Hyda, semel ut adnotem, & Aratrum (i. quantum terræ uno quotannis bene verti potest & excoli aratro) Huntindonienſi, Matthæo Paris,

(c) *Alured. Rbivallens. ap. Tuin. Apolog. ant. Oxon. lib. 2. §. 107.*

Thomæ

Thomæ Walsinghamio, atque explicate in pervetusta Dunstani Charta leguntur synonyma. Etsi C. jugeribus atque alias alij Hydam circumscribunt; accipe, si mavelis, quantum quis Taurino posset circundare tergo; sunt qui hoc non nolunt.

XXXVIII. Arbitrum egit bibendi & Modiperatorem *Edgarus*. *Clavos argenteos* (ita Malmesburiensis) *vel aureos vasis affigi jussit ut, dum metam suam quisque cognosceret, non plus subserviento verecundia, vel ipse appeteret vel alium appetere cogeret.* Sola hæc & unica lex, ante prima sub Jacobo R. Ordinum Comitia, in eos qui (d) Συμποσιὼν Ναύται καὶ Κυλίκων ἔρεται, genijs indulgendo & alienæ (Nestoris hauriendo annos Annam quasi Perennam inter celebrandum) libant Saluti, & suam lædunt & publicam.

XXXIX. *Nulla electio prælatorum* (rursus Ingulphi verba) *erat mere libera & Canonica, sed omnes digitates tam Episcoporum quam Abbatum per Annulum & Baculum Regis Curiæ per sua Complacentia conferebat.* Penes Clericos & Monachos erat electio, sed electum à Rege (Edmundus ita sub (e) Ethelredo Lindiffarnensis creatus episcopus) po-

(d) *Dionysius Æneus.* (e) *Malmesb. lib. 3. de pontificibus. & de gest. reg. 2.*

stu-

stulabant. Et Edgarus in Diplomate Cœnobio Glastonienſi confignato *ſibi ſuiſque hæredibus tribuendi fratri electo baculum paſtoralem reſignavit.*

XL. Quotquot *Canutus* Rex *in Anglia ſecum retinebat* (Danis ſcilicet, nam & horum manibus verſabatur regni (*f*) Anglorum ſcipio) *firmam pacem per omnia conceſſum eſt haberent, ita quod ſi quis Anglorum aliquem hominem quos ſecum Rex adduxerat interficeret, ſi ſe ſuper hoc defendere non poſſet judicio Dei ſcilicet aqua & ferro, fieret de eo juſtitia; ſi autem confugeret & capi non poſſet ſolverentur pro eo* LXVI. *marcæ: & colligebantur in villa ubi quis eſſet interfectus, & ideo quia interfectorum non habuerunt, & ſin in tali villa pro paupertate colligi non poſſent colligerentur in Hundredo in theſauro Regis deponendæ.* Ad hunc modum Henricus de Bracton cui in de Parricidio inquiſitionibus *Engleſheriam* hinc ſcribit inoleviſſe.

XLI. (*g*) *Chirographa uſque ad Edwardi Confeſſ. tempora fidelium præſentium ſubſcriptionibus.* (Arthurianorum Britonum ſeculo idem; uti ex antiquiſſimo Landavenſis Eccleſiæ libro ait (*h*) J. Priſæus) *cum crucibus aureis aliiſque ſacris ſignaculis firma fuerunt.*

(*f*) *Brad. lib. 3. tract. de Corona cap. 15.*
(*g*) *Ingulphus.* (*h*) *Jo. Priſ. defenſ. hiſt. Brit.*

XLII.

XLII. *Haraldus legem ſtatuit ut quicunque Wallerum citra terminum quem eis præſcripſit foſſam ſcilicet Offæ cum telo inveniretur, & ab officialibus Regiis manus dextra præcideretur.* Foſſam hanc ad disjungendos à ſuis Anglis (*i*) Britannos Offam Merciorum Regem à Deuæ Fl. oſtio uſque ad Vagæi per LXXX. plus minus mille paſſus duxiſſe ait Chorographus ille noſter.

Regiæ Conſortis, Rege tametſi non auctore, (*k*) Donationes, contra quod alius nuptæ, ratas habuit, ut jus Romanum, & hoc ævum, quod ex Æthelſwithæ Burghredi Regis Merciorum Uxoris diplomate Cuthwulfo Anno DCCC. LXVIII. dato apud (*l*) D. *Ed. Coke* Eq. Au. qui ſummam à Privatis Præturam gerit jamdudum eſt demonſtratum; ubi & priſca Ezedi R. Charta *Felonum* (qui nempe rapinis ſe immiſcent & latrocinijs) hæredia in commiſſum cecidiſſe jureque devincta Friſcali comprobat. Chirographorum, quæ dominij (litium pabuli) hinc inde vehicula, cum jam meminerimus, de eis in ſuper ad rem atque à Saxonibus libet & iſta adnotare. Utputa frequentiſſimas eſſe, quibus optimo poſſidenda jure donantur prædia,

(*i*) *Camdenus è Sariburien.*
(*k*) *C. de donat. inter virum & uxor. lib. 26.*
(*l*) *In epiſt. ad l. 6. relat.*

excepti

exceptis tamen plerunque *istis tribus, Expeditione, Pontis, Arcisve constructione* (*Trinoda Necessitatis* vocabulo, in vetusto qui conceſſit Wilfrido Seleſeinſi apud Auſtrales Saxones primo Epiſcopo Cedwalla R. Baganham in agro Suſſexienſi villam notis:) & rariſſime eos quibus dabantur hoc nomine ſolutos. Nam in Ethelulphi, (*m*) quam libet *libera ſit eccleſia* concedatur *omnium rerum pro remiſſione animarum & peccatorum noſtrorum ad ſervicendum* (Ingulphus adfatur) *Deo ſoli, ſine expeditione, & Pontis extructione; & arcis munitione*, ut divinis nimirum omnimodo Clerus vacaret; attamen in publica illa, regnante Hen. III. (de antiquo Eccleſiæ Anglicanæ ſtatu, libertate, regimine, potificiſque in horas exactionibus, & graſſantibus magno reipub. incommodo hirudinibus, agyrtis, exlecebriſque Romanenſibus) Ordinum deliberatione, ab immunitate ſtabant ſane eccleſiaſtica, & teſtes laudabant inſtrumenta Regum, qui nihiloſecius in libertatem haut ita propenſi, *quin tria* (uti auctor eſt (*n*) Matthæus Paris) *ſibi ſemper reſervarent propter publicam regni utilitatem* viz. *expeditionem, pontis, & arcis reparationes vel refectiones, ut per ea reſiſterent hoſtium incurſibus*; Et Ethelbaldus: (*o*)

† A.CH.DC.LXXX. (*m*) *Ingulph.* (*n*) *Matth. Paris hiſt. mag. pag.* 838. (*o*) *Ingulphus.*

Con-

Concede ut omnia Monasteria & Ecclesiæ regni mei à publicis vectigalibus, operibus, & oneribus absolvantur, nisi instructionibus arcium vel pontium quæ non possunt ulli laxari. Taceo (p) Ethelredum XII. forsan, (minime vero XV. qua in re hallucinatus quidam) regni sui annum III. *Olympiadis* vocamine Hellenicæ ad morem supputationis consignasse: atque id genus alia, quæ pro amanuensium actuariorumque phantasia sæpius usurpata. Cœterum extrema quibus clausa sunt Diplomata nec contemnenda. Ea in Cedwallæ Australium Saxonum (q) R Theodoro Cantuariensi præsuli DC. LXXXVII. obsignato sic se produnt. *Ad cumulum confirmationis ego Cedwalla cespitem prædictæ terræ super Sanctum altare salvatoris posui & propria manu pro ignorantia literarum signum S. Crucis expressi & subscripsi.* Withredo & terræ cespite in Cantio idem Camdenus: *& suum super altare S. Petri Apostoli* Ethelulphus chirographum dicitur *obtulisse.* Coronidis vice neque est cur non subjiciam Poetæ vetusti numeros queis (r) Ethelbaldi Merciorum Regis Cenulpho

(p) *Raph. Holinshed. in Hen. 7.*

(q) *Chart. Archiep. Cant. v. Chart. Ed. Confess. Anglicanis rhythmis confectam apud Camd. in Essexia.*

(r) *Ingulphus.*

Crou-

Croulandenſi Abbati Fundationis inſtrumentum amplexus cecinit, clam Apolline.

Iſtum Kenulphum ſi quis vexaverit An lus
Rex condemno mihi cuncta catella ſua.
Iste meis Monachis de damnis omnibus ultra
Uſque ſatisfaciat carcere clauſus erit.
Adjunt ante Deum teſtes hujus dationis
Anglorum proceres pontificeſque mei.
Spiritus † Guthlacus Confeſſor & Anachorita
Hic jacet in cujus auribus iſta loquor.
Ora pro nobis ſanctiſſimus iſte Sacerdos;
Ad tumbam cujus, hæc mea dona dedi.

Suas illi his Donationes, his nos Saxones ad Normannos tranſmigraturi terminabimus.

---

† *Numen tutelare Cœnobij Croulandenſis.*

JOAN-

JOANNIS SELDENI
JANUS ANGLORUM.

LIBER SECUNDUS.

OBtenso & jure sanguinis (etenim Emma Edwardi Confessoris mater Richardi primi Normannorum Ducis erat filia,) & simul adoptivo, Martisque alea devicto Heraldo Godwini Comitis Cantij filio, amplam Gulielmus Dux Normanniæ crevit hæreditatem, & occupavit suprema per Angliam gubernacula. Inauguratus *Commilitonibus terras Anglorum, & possessiones affluentiori manu contulit; illud parvum quod remanserat* [ita Matthæus Paris] *sub jugo posuit perpetuæ servitutis.* Ex quo eis Normannorum adventum præter ipsum Regem non fuit in Anglia is, qui Allodii, ut loquuntur, jure fundum possederit, cum scilicet aliis ad unum omnes fiduciarios probe dixeris dominos, superiorem Investituræ auctorem, interposita fide, perpetuo agnoscentes. *Episcopatus & Abbatias omnes* (auctor est quem dixi Matthæus) *quas Barones tenebant & eatenus ab omni servitute seculari libertatem habuerant, sub servitute statuit militari, involutans singulos Episcopatus & Abbatias pro voluntate sua, quot milites sibi, & suc-*

Succeſſoribus ſuis hoſtilitatis tempore voluit a ſingulis exhiberi. Agraria ad eam formulam lege lata *decrevit ſubjectum ſibi populum* (copiam facit Gervaſius Tilburienſis) *jure ſcripto legibuſque ſubjicere; propoſitis etiam legibus Anglicanis, ſecundum tripartitam earundem diſtinctionem, hoc eſt Mercheplage* (i.e. Merciorum lex: huic parebant Comitatus Gloceſtria, Wigornia, Herfordia, Warwicus, Oxonia, Ceſtria, Salopia & Staffordia) *Danlage* (i.Lex Danorum, cujus ſequebantur nutum Eboracenſis, Darbia, Notinghamia, Leiceſtria, Lincolnia, Northamtonia, Bedfordia, Buchinghamia, Hertfordia, Eſſexia, Middleſexia, Northfolcia, Suffolchia, Cantabrigia, Huntingdonia) *Weſtſaxenlage* (i. Occiduorum Lex Saxonum, ad quam reliquum quicquid erat e XXXII. quot ſolummodo Ethelredo habet Malmesburienſis attinebat, nempe Cantium, Suſſexia, Surreia, Bercheria, Southantonia, Wintonia, Somerſetia, Dorſetia & Devonia (*quaſdam reprobavit, quaſdam autem approbans illis tranſmarinas Neuſtriæ* (Normanniæ; quam Neuſtriam corrupte pro Weſtricha, Occidentaliore utpote Francorum regno, & Rolloni á Carolo Simplici in Gillæ filiæ dotem conceſſo antiquitus ferebant) *quæ ad regni pacem efficaciſſime tuendam videbantur, adjecit.* Hæc

Gervaſius Tilb. de ſcacc. cap. 32.

ille

ille á Tilburia. Verum minime apud ſcriptores rarum. Victorem Gulielmum quaſi puram putam novam undiquaque LL. induxiſſe faciem comminiſci. Ædepol iu confeſſo oportet eſſe, ſanxiſſe eum nonnullas: (pars in Lambardi Archæonomia, pars hîc ſubnexa;) ſed ita demum ut ab Anglis, potius quam Normannis, ſuam ſortiantur denominationem: probe tametſi dixeris eversum, ſecundum quod diſputant I. Cti. Anglicum Imperium. Adfectatſſe potiſſimum Danorum leges, (eæ a Norwegienſium quos avito Gulielmus ſanguine contingebat, nequaquam ita diſſimiles) lego Rogeri de Hoveden Annalibus. Imperaturum atque ſe hiſpalam profeſſum: *Quo audito, mox univerſæ compatriotæ, qui leges edixerant, triſtes effecti, unanimiter deprecati ſunt, quatenus permitteret leges ſibi proprias, & conſuetudines antiquas habere: in quibus vixerant patres, & ipſi in eis nati & nutriti ſunt, quia durum valde ſibi foret, ſuſcipere leges ignotas, & judicare de eis, quas neſciebant. Rege vero ad flectendum ingrato exiſtente, tandem eum proſecuti ſunt deprecantes quatenus pro anima Regis Edwardi, qui ei poſt diem ſuam conceſſerat coronam & regnum, & cujus erant leges nec aliorum extraneorum, exaudiendo concederet ſub legibus perſeverare patriis. Unde Concilio habito precatui earum tandem aliquievit. Exillo ergo die viſa auctoritate venerandæ per univerſam Angliam,*

corroboratæ & observatæ sunt præ cæteris patriæ legibus, leges Edw. Regis, quæ prius inventæ & constitutæ in tempore Adgari aui sui. At quid ergo? Omnia num sub Gulielmo nova? Ut potis es non credere? Croulandensis Abbas. *Attuli mecum de Londoniis meum in Monasterium leges æquissimi Regis Edwardi, quas D. meus inclytus R. Gulielmus authenticas esse, & perpetuas, per totum regnum Angliæ inviolabiliter tenendas, sub pœnis gravissimis proclamarat, & suis Justitiariis commendarat, eodem idiomate quo editæ sunt:* Et in vita Fretherici Abbatis S. Albani. *Post multas disceptationes præsente Archiepiscopo Lanfranco* (Berkhamstediæ agri Hartfordiensis) *Rex pro bono pacis juravit super omnes reliquias Ecclesiæ S. Albani, tactisque sacrosanctis Evangeliis, ministrante juramenta Abbate Fretherico, bonas & adprobatas antiquas regni leges, quas sancti & pij Angliæ reges, ejus Antecessores, & maxime R. Edwardus statuit, inviolabiter observare.* Magis autem mirere, quod præfatiuncula ad Normannicas consuetudines Gulielmus le Roville Alenconiensis. *Hujusce consuetudinis Latorem sive Datorem, S. Edwardum Angliæ R. testatur vulgaris illa Cronica, quæ Cronica Cronicorum intitulatur: ubi de Gulielmo Bastardo Normanniæ Duce alias Anglorum rege loquitur,*

Camdenus. *Guil.* le Roville, *Alenconnien.*

di-

ditens, quod, cum præditus S. Edw. ex se liberos hæredes nullos haberet. Guilhelmum regni hæredem instituit, qui devicto & mortuo Haraldo regni usurpatore hac conditione regno libere potitus est, ut scilicet leges prius a præfato Edw. latas ervaret, qui quidem Edwardus leges etiam Normannis dederat, etiam cum Normannia diu fuisset enutritus. Ubi tandem idcirco novatio? sed novationem proculdubio juxta Tilburiensem fuisse censendum, ratihabitioni admixtam, & cum Panegyrico hic vere nimium proloquare.

Firmatur senium Juris, priscæque resumunt
Canitiem Leges, emendanturque vetustæ,
Accedunique novæ.

Hasce, cum aliis, quæ merito hoc loci expectanda, en tibi communicatas.

I. *Fecit describi omnem Angliam* (Turba Monachorum æque hic pollent, sed Florentium Vigornienſem adhibemus nunc testem) *quantum terræ quisque Baronum suorum possidebat, quot carucas, quot villanos, quot animalia, imo quantum viva pecunia quisque possidebat in omni regno suo, a maximo usque ad minimum, & quantum redditus quæque possessio reddere poterat* Breviarium isthoc imperij in

Claudian. in 4. cons. Honorij.

Archiva relatum, *pro sua generalitate omnia tenementa totius terræ integre continente*, Domesday, Judicij, quasi tu dicas, Dies, vocitatum. *Ob hoc* inquit Tilburiensis, *nos eundem librum Judiciarium nominamus, non quod in eo de propositis aliquibus dubiis feratur sententia, sed quod à prædicto judicio non licet ulla ratione discedere.* Accedat, Lector, si fastidienti tibi stomacho non adversetur, præ vetustate mihi non contemnendi Roberti Glocestrensis poetæ Historici de hoc libro cascus hic, & à delicatulis nostratium Parnassijs alienus rhythmus.

The R. W. vor to wite the
worth of his londe
Let enqueri streitliche thoru al
Engelonde,
Hou moni plou lond, and hou
moni hiden also
Were in euerich sire, and wat
hij were wurth yereto:
And the rents of each toun, and
of the waters echone,
That wurth, and of woods eke,
that there ne belived none,
But that he wist hij were wurth
of al Engelonde;

And

And wite all clene that wurth
thereof ich underſtond
And let it wite clene inou, and
that ſcrit dude iwis
In the treſorie at Weſtminſter
there it put is.
So that ure Kings ſuch, when
hij ranſome toke
And redy wat folc might give,
hij fond there in yor boke.

Præ ſuccreſcente in dies idomatis Anglici politura ſat rude hoc eſt, & plane ſordet. Cæterum nec ſiemus immemores, etiam ipſa dolata Δοχοδαιδαλῶν artificia accuratioribus, quæ nondum venere, ſeculis eandem notam, & par infortunium forte ſubitura, &

Multa renaſcentur quæ jam cecidere, cadentque.
Quæ nunc ſunt in honore; ——————
uti ille Venuſinus.

II. *Chirographa chartas vocabant Normanni,* (ex Ingulpho loquor) *& chartarum firmiſtem, cum cereæ impreſſione per uniuscujuſque ſpeciale ſigillum, ſub inſtillatione* III. *vel* IV.

Horat. art. poetic.

testium astantium, conficere constituebant. At Edwardo Confessori suum fuit sigillum, licet etiam à Normannia. Namque sub eo, *Normannicis introductis, Anglicos ritus dimittere, & Francorum mores in multis imitari, Gallicum idioma omnes magnates in suis Curiis, tanquam magnum gentilitium, loqui, chartas & chirographa sua more Francorum conficere, & propriam consuetudinem in his & aliis multis erubescere* occœperunt Angli, ut idem scriptor. Quin si Lelando oculato credendum Testi, fuit & suum Magno illi Arthuro; quod se utique in Ecclesia Westmonasterienſi hac vidisse inquit inscriptione. PATRITIUS. ARTHURIUS. BRITANNIÆ. GALLIÆ. GERMANIÆ. DACIÆ. IMPERATOR. Sed á Normannis extra controversiam Saxones accepisse. Indubitatam conciliant fidem crucibus signata & testium subscripta nominibus diplomata. Cereo esse primum Henricum Bellocericum, auctor est I. Rossus, usum; Matthæus Cantuarienſis Primum Edwardum primo diplomatis adpendisse, cum nimirum decessores sinistro lateri adfigerent. Hujusmodi Henrici 1. in Anſalmi gratiam memorat is syngraphum; hujusmodi & Brianus Tuinus in sua, pro inclytissimæ Oxo-

Lelandus. Matth Cantuar. in Antiq. Eccl. Britan. Tuin apol. ant. Oxon. lib. 1. § 81.

nienſis

riensis Academiæ (Musæi & Ἐρεισμάτης Angliæ, summeque mihi æternum venerandæ Matris Antiquitate Apologia conspexisse se ait, in Honoratissimi D. Lumlæi Bibliotheca, Gulielmi Normannorum Ducis brevissimum ac minutissimum. Atqui de Cereo primo, & prima adfixione credat Judæus apella Francorum *Cerea* immunera Procerum, (de cereis ut quid dicam? *Aurea* Regum) Annorum nempe qui D. & DCC. intercedunt habentur formata ad scuta gentilitia, in exemplaribus, quæ Franciscus *de Rosieres* primo Tomo Stemmaton Ducum Lotharingiæ est præfatus. Neque quod ita prisce eis erat in usu, Normannis potuit non esse. Liceat ex antiquo Abendoniensi Regesto adjicere. *Descriptum quoddam Richardus Comes Cestrensis* (florint sub Hen. I.) *sigillo matris Ermentrudis signare constituit, cum (nondum n. militari balteo cinctus erat) literæ quælibet ab eo directæ materno sigillo includebantur.* Ast quid audio? An equestri dignitati Singulare fuit aureorum, ut olim Romæ, Annulorum jus? nam annuli sigillis potissimi (uti ex Ateio Capitone fertur) destinati & insculpti, dicat, qui noverit omnia Phœbus. Etenim ferrei servis (ait sane I. Lipsius & ab erutis

Camden. in Ord. Angl. Marob. saturn. lib. 7. cap. 13. Lips. ad 2. Tacit. num. 4.

in Batavia notat (& è vulgo militibus signatorii, sive ut Fl. Vopiſci verbo utar, ſigillatitii & plebeis patribus familiarum fuere cum adjuncta clavi ad penum & utenſilia obſignanda. At de priſco ævo ille Arejus. *Nec plus habere quam unum licebat* (annulum inquit) *nec cuiquam niſi liberis quos ſolos fides deceret, quæ ſignaculo continetur; ideo jus annulorum annuli non habebant.* Ad nos me recipio.

III. *Conferebantur primo multa prædia nudo verbo, abſque ſcripto, vel Charta, tantum cum Domini fladio, vel galea, vel cornu, vel cratera, & plurima tenementa cum calcari, cum ſtrigili, cum arcu, & nonnulla cum ſagitta; ſed hæc initio regni Normannici poſterioribus annis immutatus eſt iſte modus*, ut Ingulphus. Et Normanicum hæc ante imperium. Edgari lituus dimidiatim ſectus, & Monaſterio Glaſconienſi *ad donationis teſtimonium datus* fiet & hic teſtimonium. Atque Antiquarius Noſter. Puſey (Bercherienſis agri) *illi, qui de Puſey nominati, adhuc tenent per Cornu majoribus olim à Rege Canuto Danico donatum.* Vetus juxta item liber. *Ulphus Toraldi filius Eboracum divertit, & Cornu, quo bibere conſuevit, vino replevit, &*

Vopiſc. in Aurelia. Liſ. ad 2. annal. Tacit. num 4. Ingulph. Malmsb. lib. 2. cap. 8.

A. C. H. DCCLXX.

coram

coram altari Deo, & B. Petro Apostolorum principi omnes terras & reditus flexu genibus propinavit. Quod Cornu, ait Camdenus, ad patrum usque memoriam reservatum fuisse accepimus. Quam facilis & apicibus juris soluta, videre est dominii fuit translatio, simul & a perplexantium captiosa malitia, turgescentibusque membranarum fascibus, & polyptychis libera. Sed nimis ille; Hegesandri utar licet verbo, Συλλαβοπεσιλαβήτης etiam eo ævo Godwinus Cantii Comes & quam rota, ut inquit Comicus, figularis versutior; Da mihi (Archiepiscopo ait Cantuariensi) Bostham: *Archiepiscopus admirans quid sibi quæstione petiit, ait, do tibi* Bostham. Fiducia Doli continuo prædium Archiepisc. eo vocabulo in maritumis Sussexiæ, velut hæreditatem sine sacris, adiit, &, *cum testimonio suorum, Donatorem laudavit Archiepiscopum coram Rege, posseditque pacifice.* Olent (quæ supra) Feudorum apud Obertum de Orto investituram, solenni vero in transferendo dominio ritui quo vivus cespes, crescentisve ab antiquo jam nunc exigitur arboris ramusculus quam disparia.

IV. *Anglorum Idioma tantum* (rursum Abbas Croulandensis) *abhorrebant, quod leges terræ, statutaque Anglicorum regum*

Guil. Mapæus. Camdenus. Lib. feud. 2. tit. 2.

Gallica lingua tractarentur. Usque enim ad XXXVI. A. Ed. III. forensia negotia disputabantur Gallice. *Pueris etiam in scholis principia literarum Grammatica Gallice, ac non Anglice traderentur. Modus etiam scribendi Anglicus omitteretur, & modus Gallicus in chartis, & in libris omnibus admitteretur.* Tantum hercle erat Gallici ignarum esse sermonis, ut Ullstanus Vigorniensis præsul, imperante Gulielmo Rufo, hoc maxime nomine indignus, sua spoliatus sit dignitate, cætera satis, ad ætatis illius ἀφελείαν, doctus. De Gallico charactere ita, quem laudavi, Abbas. *Manus Saxonica ob omnibus Saxonibus, & Merciis, usque ad tempus Regis Alfredi, qui per Gallicanos Doctores omnibus literis apprime instructus erat, in omnibus chirographis usitata á tempore domini Regis dicti desuetudine vilucrat. & manus Gallicana, quia magis legibilis, & aspectu perdelectabilis præcellebat, frequentius indies apud omnes Anglos complacebat.* Veruntamen utut res erat, habitas esse patrum memoria, idque á veteri instituto, lectiones Anglo-Saxonicæ linguæ in Tavistociensi Cœnobio Devoniæ traditur.

V. Ne turbarent novum regnum nocturni tumultus, statuit, ut ad nolæ sonitum,

---

Stat. 36 Ed. III. cap. 15. Matth. Paris. Polydorus. Contrfeu.

lumina

lumina atque ignium fulgores quolibet in tuguriolo paulo post crepusculi disparerent.

VI. *Cervum aprum*, (sic Huntindoniensis, sed forte *caprum*) *vel capreolum capienti, oculi eruebantur.* Matthæus Paris.

VII. *Si aliquis quempiam quacunque de causa peremisset, capitali* (scribit Huntindoniensis) *sententiæ subjacebat.*

VIII. *Si aliquam* (ita lego, non *aliquem*, ut in vulgatis) *vi oppressisset, genitalibus privabatur armis.* Vi? Certe sic est, & mutui amplexus adulter nihilominus hanc forsan dabat: Atque I. C. tiss. Albericum Gentilem hic volo audias. *Illud dico, injuriam viro factam majorem, si non per vim rapta fuit, at volens & corrupta; quoniam animus alienus vero redditus hic est, illic non est.* V. lib. 1. art. xxix.

Primos jam inducit Polydorus Vicecomites Officiarios, XII. viralis judicii incunabula, lapsus in utroque. Hoc vincit Ethelredi lex Lambardi verborum in explicationibus, & quæ a Cl. V. D. *Edwardo Coke* Eq. Aur. decretoria feruntur arma illud quod ex Ingulpho superius, & alicubi sumus inferius adnotaturi. Postulatus in Areopago Mars cædis Halliorothii Neptuni F. (ob

Alberic. Gentil. de jure bell. lib. 1. *cap.* 20. *August. de Civit. Dei, lib.* 18. *cap.* 10. *Pausan. Atticis.*

ſtupratam Alcippam filiam necuerat) *judicantibus* XII. *Dii*, ſex eſt ſententiis (nam in pari numero damnatio poſtponebatur) abſolutus. Ad antiquiſſ. videlicet alibi, quam apud noſtros, XII mi in judiciis numeri uſum, addo. Bene potuit in Anglia errare Italus: At cujus hæc dari fide nollem indignere.

IX. *Conſtituit ut quater quotannis in multos dies conventus celebrarentur eo loci quo ipſe fieri juberet, quibus in conventibus judices ſedibus diſcreti fovum agerent, juſque populo dicerent.*

X. *Alios inſtituit Judices, qui ſine provocatione juriſdictionem ac judicia exercerent, à quibus, uti à ſinas Principis, cuncti litigatores eo confluentes jura peterent, & ad eos ſuas controverſias referrent.*

XI. *Præfectos alios conſtituit, qui malefacta vindicanda curarent: Hos* * *Juſticiarios Pacis nuncupavit.* Quod citerioris ævi nomen eſſe certo certius jure autumaris: & liberant ſcriptorem exterum data hoſpitibus (quippe adverſum quos Buſiridum agere plane barbarum) jura, ne illius in Gentis Anglicanæ hiſtoria gravius imputentur errores.

XII. *In primitivo regni ſtatu poſt Conquiſitionem*, (à patribus traditum ait in Scac-

---

Termes. * Juſtices of Peace.

cariis

carii dialogo Geruasius Tilburiensis) *Regibus de fundis suis non auri vel argenti pondera, sed sola victualia solvebantur. Ex quibus in usus quotidianus domus regiæ necessaria ministrabantur: & noverant, qui ad hoc deputati fuerant, quantum in singulis fundis proveniebat. Caterum ad stipendia, vel donativa militum, & ad alia necessaria de placitis regni, vel conventionibus, & etiam ex Civitatibus vel Castellis, à quibus Agricultura non exercebatur, pecunia numerata succrescebat. Toto igitur Willielmi Primi tempore perseveravit hæc institutio, usque ad tempora regis Henrici F. ejus, adeo ut viderim ego ipse* (Gervasius regnante floruit Henrico II.) *quosdam, qui victualia, statutis temporibus, de fundis regiis ad curiam deferebant. Certum quoque habebant Officiales domus regiæ, à quibus Comitatibus triticum, à quibus diversæ species carnium, & equorum pabula debebantur. His vero solutis secundum constitutum modum cujusque rei, regii Officiales computabant Vicecomitibus rediguntes in summam denariorum: pro mensura videlicet tritici ad panem C. hominem solidum I. pro corporibus pascualis solidum I. pro ariete vel ove* IIII. *denarios; pro prebenda* XX. *equorum similiter* IIII. *denarios. Succedente vero tempore, cum idem Rex, in transmarinis & remotis partibus, sedandis tumultibus bellicis operam daret, contigit, ut foret sibi summe necessaria, ad hæc explenda, numerata pecunia.*

Con-

Confluebat interea ad Regis Curiam querula multitudo Colonorum, vel quod gravius sibi videbatur prætereunti frequenter occurſibat, oblatis vomeribus in ſignum deficientis Agriculturæ. Innumeris enim moleſtiis premebantur, occaſione vitualium, quæ per plures re ni partes à ſedibus propriis deferebant. Horum igitur querelis inclinatus R. definito magnatum conſilio, deſtinavit per regnum, quos alia prudentiores & diſcretiores cognoverat. Hic circumeuntes, & occulata fide fundos ſingulos perluſtrantes, habita æſtimatione vitualium quæ de his ſolvebantur, redegerunt in ſummam denariorum. De ſumma vero ſummarum, quæ ex omnibus fundis ſurgebat in uno comitatu, conſtituerunt Vicecomitem illius Comitatus ad Scaccarium teneri addentes ut ad Scalm ſolveret. Solutionis autem modus, ponderis, & metalli opera Chimica examen, Fuſor, & Miles Argentarius fuſius apud metipſum enarrantur.

XIII. *Ut Cantium, quæ tanquam Angliæ Clavis habetur ſibi firmius retineret* (adfatur Cl. G. Camdenus) *Conſtabilem Caſtro Doverenſi, eundemque Limenarchiam V. porcubus, ex veteri Romanorum inſtituto, præfecit. Hi ſunt* Haſtings, Dover, Vith, Rumney, & Sandwich, quibus Winchelſey, & Rye *ut præcipuæ, & alia oppidula ut membra adjunguntur.*

XIV. Gulielmo jam extremam ut imponam manum, ex Archivis haut inter poſtre-

postremas censendam addo. *Willielmus Dei gratia Rex Anglorum, comitibus, Vicecomitibus, & omnibus Francigenis, & Anglis, qui in Episcopatu Remigii terras habent, salutem.* Remigius hic primus erat, qui Dorcestria Lincolniam sedem transmisit Episcopalem. *Sciatis vos omnes, & cæteri mei fideles, qui in Anglia manent, quod Episcopales leges, quæ non bene, nec secundum Sanctorum canonum præcepta, usque ad mea tempora in regno Anglorum fuerunt, communi consilio Archiep. meorum, & cæterorum Episcoporum, & Abbatum, & omnium Principum Regni mei emendandas judicavi. Propterea mando, & regia auctoritate præcipio, ut nullus Episcopus vel Archidiaconus de legibus Episcopalibus amplius in hundredo placita teneant. Nec causam, quæ ad regimen animarum pertinet, ad judicium secularium hominum adducant, sed quicunque secundum Episcopales leges de quacunque causa, vel culpa interpellatus fuerit, ad locum, quem ad hoc Episcopus elegerit & nominaverit, veniat, illique de causa sua respondeat & non secundum hundredum, sed, secundum Canones & Episcopales leges, rectum Deo, & Episcopo suo faciat.* Comitiis etenim, Saxonico florente Imperio, illis rusticis Allermannus & Episc. hic ad divina, ille ad humana

A. M. LXVI. *Inrot. chart. 2. Rich. II. pro decan & C capit. eccles. Lincoln.*

jura,

jura, ut ex Edg. legib. constat, interesse soliti.

Emortuum excepit Gulielmum filius natu secundus *Gulielmus* cognomento *Rufus*. *Omnis jam legum* (Florentinus Vigorniensis) *siluit justitia, causisque sub justicio sositis, sola in principibus imperabat pecunia.*

Ipsaque majestas auro corrupta jacebat.

XV. Primitiarum, sive ut vulgo Annatarum, jus quod à vacantibus Cœnobiis & Episcopiis Reges nostri vendicarunt, (vendicabant autem antiquitus Pontifices Romani; Vectigal, quo jure nixum Basilensis Synodus, & quali Theologorum atque J. C. totum sententia Franciscus Duarenus in sacris Ecclesiæ ministeriis edocebit) suam à Rufo traxisse originem vult Polydorus, Meminere certe Chronologi, cum extremum exhalaret spiritum, Episcopia Cantuariense, Wintonienſe, & Sarisburiense XII. insuper Monasteria præsulibus orba fisco inseruisse.

XVI. *Publico* (idem auctor est) *edicto vetuit unumquemque sine commeatu suo ex Anglia egredi.* Vetuisse Anselmum, ne Urbanum

Leg. Edgar. cap. 5. Petron Arbit. Basil. concil. sess. 21. Duaren. de Benef. lib. 6. cap. 3. vide Platinam in Joannis xxij. vitâ.

PP. inviſeret. legimus; univerſos hoc comp'exum edicto, quam apud Polydorum, legendo me comperiſſe diffiteor.

XVII. *Venationes* (inquit G. à Malmeſburia) *ad o probibut ut capitale eſſet ſupplicium prendiſſe Cervum.*

Diris monſtratum fatis Gulielmum ſecutus eſt frater ejus *Henricus* ob ſingularem, quæ pro regio fuit nomine, eruditionem, *Bello clericus* dictus. Inſtaurando quæ è Juſtitia erant longe lapſa terminis, novas, inauditas & quas exercebat atrociſſimas injurias Ranulphus Dunelmenſis poſtide à Epiſcopus (Is *totius regni erat placitator & exactor*) ſalutaribus molliendo medicamentis incubuit Reipub Ad Vicecomites reſciſſorias, ut reduce ſcilicet Cives potirentur libertate, dat litteras. Eccarum, apud Matthæum Paris, Apographum.

HENRICUS Dei gratia Rex Angliæ, Hunçeni de Bocland *Vicecomiti, & omnibus fidelibus ſuis, tam Franciis quam Anglicis in* Herefordſyre *Salutem. Sciatis me Dei miſericordia, & communi conſilio Baronum regni Angliæ, regem eſſe coronatum. Et quia regnum oppreſſum erat injuſtis exactionibus: Ego reſpectu Dei, & amore, quem erga vos omnes habeo, Sanctam Dei Eccleſiam liberam facio, ita quod nec eam vendam, nec ad firmam ponam, nec mortuo Archiepiſc. vel. Epiſc. vel Abbate, aliquid accipiam de dominio Eccleſiæ, vel*

vel de hominibus donec successor in eam ingrediatur. Et omnes malas consuetudines, quibus regnum Angliæ injuste opprimebatur inde aufero, quas malas consuetudines in parte, hic pono.

XVIII. *Si quis Baronum meorum, Comitum, vel aliorum qui de me tenent, mortuus fuerit, hæres suus non redimet terram suam, sicut facere consueverat tempore patris mei, sed justa & legitima relevatione relevabit eam: Similiter & Homines Baronum meorum legitima & justa relevatione relevabunt terras de dominis suis.* Saxonicis patet temporibus *Heregeatum* nomine apparatus bellici (*here*n. exercitus) Dominis tributum, & quod hac nostra memoria Gallice Reliefs dicitur (præstationem ad recognoscendum dominum ait Henricus à Bracton) veteris Heregeati ferre imaginem. *Conjectura est igitur*, ait G. Lambardus, *Normannos victores Anglis victis, omnique spoliatos armatura Heregeatum remisisse, atque à miseris pecuniam exegisse.* Adstipulatur quod in Angliæ Notitia de Bercheriæ Provinciæ Nobilibus memoratum. *Tainus, vel Miles Regis Dominicus moriens pro relevamento dimittebat regi omnia arma sua. & equum*

Canut. leg. cap. 69. & Ed. Confess. Brach. libr. 2. cap. 35. Εἰσδεκτικὸν in Novell. Leo. 13. Holoman. verb. Feudal. Relev.

unicum

nicum cum sella, & alium sine sella. Quod si ipsi ei Canes vel accipitres præsentabantur Regi, ut, si vellet, acciperet. Et in antiqua Conradi I. Imp. Germanorum sanctione. Si quid beneficiaria militi humanitus contigerit, habeat hæres beneficium, servato usu meorum Vilicorum in dandis equis, & armis suis senioribus. Seniores vulgaribus Hispanica, Italica, & Gallica linguis *Domnos* fonare, idque ab imperio Caroli Mag. in usu observat Joannes Mariana. Verum à Feudistis licet hæc uberius.

XIX. *Si quis Baronum, vel aliorum hominum meorum* (ad Henrici Chartam redeo) *filiam suam tradere voluerit, sive sororem, sive neptem, sive cognatum, mecum inde loquatur. Sed neque ego aliquid de suo, pro hac licentia accipiam, neque defendam ei, quin eam det, excepto, si eam dare voluerit inimico meo.*

XX. *Si mortuo Barone, vel alio homine meo filia hæres remanserit, dabo illam cum consilio Baronum meorum cum terra sua.*

XXI. *Si mortuo marito, uxor ejus remanserit, & sine liberis fuerit, dotem suam & maritagium habebit dum corpus suum legitime servabit, & eam non dabo nisi secundum velle suum, & terræ liberorum custos erit sive*

Carol. Sigon. de reg. Ital. lib. 3. v. Hotoman. comm. ad 3. lib. Feud. Mariana Hist. Hispan. lib. 5. cap. 17. Canut cap. 68.

uxor,

uxor, sive alius propinquior, qui justus esse debet.

XXII. *Præcipio ut homines mei similiter se contineant erga filios, & filias, & Uxores hominum suorum.*

XXIII. *Monetagium commune quod capiebatur per Civitates, vel Comitatus, quod non fuit tempore Edwardi R. hoc ne amodo fiat omnino defendo.*

XXIV. *Si quis Baronum vel hominum meorum infirmabitur, sicut ipse dabit vel dare jusserit pecuniam suam ita datam esse concedo; quod si ipse præventus, vel armis, vel infirmitate, pecuniam suam nec dederit, nec dare disposuerit, uxor sua, sive liberi aut parentes, & legitimi homines sui pro anima ejus eam dividant, sicut eis melius visum fuerit.* Et Canuti legibus. *Dominus judicio suo uxori, liberis, & cognationi proximis justè distribuito.* Nunc autem temporis, & jam diù fuere eorum, qui intestati deficiunt, bonorum, quasi Diribitores Ecclesiastici. Et Ordinarius in suâ quivis Episcopus diœcesi Judex huic rei præest. Regio & Magnatûm consensu Jurisdictionem hanc & de Testamentis Ecclesiæ ab olim mandatam, ait in prisca constitutione Joannes Stratfordus Archiepisc. Can-

Canut. cap. 68. Rich. 3. tit. Testament. 4. Lind. provinc. Constit. de testament. cap. statutum. & de immun. eccles. cap. accidit verb. abolim.

tuarienſis,

tuarienſis, in què annalibus Juris noſtri adſeritur. Ceterum cujus nam Regis tempeſtate, nec ille narrat, nec ego (prout in Provinciali Gulielmus Lindwood ſive à *Tiluecenemore* fatetur) comperio, Notiſſimum eſt jure explorato. Teſtamenta foro eccleſiaſtico, etiam Hen. II. Rege (teſtis Ranulphus de Glanvilla) contra quam Divalibus Romanorum conſultis eſt proſpectum, aperiri ſolita. Et ante Ranulphum, ſi eum adeas, forſan videbitur; quamvis, metipſum apud, regium habeas reſcriptum ad Vicecomitem *quod juſte & ſine dilatione facias ſtare rationabilem diviſam N.* ideſt ut jute ſuo ope Vicecomitis utatur fruatur legatarius. In caſſem regredior.

XXV. *Si quis Baronum vel hominum meorum foris fecerit, non dabit vadium in miſeria pecuniæ ſuæ, ſicut faciebat tempore fratris, vel patris mei, ſed ſecundum foris facturæ modum: ſic ita emendabit, ſicut emendaſſet retro tempore fratris mei, vel patris.*

XXVI. *Si perfidia vel ſceleris convictus fuerit, ſicut culpa, ſic emendet.*

XXVII. *Foreſtas communi conſilio Baronum meorum in manu mea ita retinui, ſicut pater meus eas habuit.*

XXVIII. *Militibus qui per loricas terras*

Glanvil. lib. 7. cap. 8. C. de teſtam. l. conſulta divalia.

ſuas

jura defendant (ideſt per fee de Hauberke ut præſto ſint Dominis loricati aut cataphracti) *Terras domini mei carucarum juxtam quietas ab omnibus geldis, & omni proprio domanio concedo, ut, ſicut tam magno gravamine alleviati ſunt, ita equis & armis bene ſe inſtruant, ut apti, & parati ſint ad ſervitium meum, & ad defenſionem regni mei.*

XXIX. *Legum Regis Edwardi vobis reddo cum aliis emendationibus, quibus pater meus eam emendavit,* Ex a Lambardo ſunt æditæ. Hactenus ex Regijs illis & univerſalibus literis.

XXX. *Rapinas Curialium, furta, ſtupra edicto compeſcuit: deprehenſis oculos cum teſticulis evelli præcipiens.* Suppeditat Malmeſburienſis. Verum capite & ſuſpendio Fures (alias quam ſuos voluit lepidiſſimus ſimul ac elegantiſſimus * Thomas ille Morus Utopienſes) plexiſſe auctores ſunt Florentius Wigornienſis, & Rogerus de Hoveden. Aſt in Malmesburienſis fidem impellor; non Viri ſolum auctoritate, præ cujus roſetis (ſi doctrinam illius ævi trutines) cæteræ turbæ eſt humilis ſaliunca, verum etiam Anonymi Monachi, qui libello de miraculis S. Thomæ Cantuarienſi Eilwardum

Hotom. Feud. Haubertic. in diction. * *Morus in Utopia lib. 2. De mirac. S. Thom. ap. Fox hiſt. eccleſ. lib. 4.*

inſim-

infimæ fortis hominem à Kingſtorſton in Bercheria recenſet furti, (nempe Ruſticarum par chirothecarum & cotem erat furatus (regnante Hen. II. damnatum; luminibus & pudendis, pœnas dando, orbatum: ſupplicem ad S. Thomæ cineres, reſtitutionem & non comparentium membrorum facultatumque in integrum eſſe nactum. Haut forſan ἐκ τῶν Δίος Δελτίων ὁ Μάρτυς. Iphis & Ianthis cum hac contendat fabula, atque illa Cenæi; ad rem noſtram ſcriptor ſatis eſt fidus. Sed primis Normannorum temporibus laqueos video malum Furti. *Abbati ipſius eccleſiæ licet ubique latronem, vel furem de ſuſpendio liberare, ſi forte ſupervenerit.* Verba ſunt Diplomatis, qui cum G. Normannus Monaſterium S. Martino juxta Haſtings in maritimis Suſſexiæ ad expiandam Haraldi cædem ſacravit, & ſingulario circummœnitus eſt jure.

XXXI. *Contrà trapezitas, quos vulgo monetarios vocant, præcipuam ſui* (Malmesburienſis iterum) *diligentiam exhibuit, nullum falſarium quin pugnum perderet impune abire permittens, qui fuit intellectus falſitatis ſuæ commercio ſatuos irriſiſſe.* Is tamen qui ad Florentium Wigornienſem adnectit ſupplementum, & † Gulielmus Gemeticenſis

† *Guli. Gemetic. de ducib. norm. lib. 7. cap. 22.* pro-

produnt, Monetæ adulteratoribus partes illas, quæ ad ſpeciei nempe propagationem, Galeno ſunt principes, inſuper præ-truncatas. Quibus accedit Hovedenus. *Monetarij*, ſcripſit ille in Henrico I. *jubente rege comprehenſi, dextris amputatis, emasculantur.* Ne utpote tam nefarii criminis Reo ſpes gentis, aut Reipub. ab ijs, qui ſceleſtos genitorum traducunt mores, reſtaret metus. Laqueo & furcis jam nunc, & ab ævo priſco penſatum hoc læſæ majeſtatis delictum; atque illud etiam non ſolum Anglia ſed ubique ferme Gentium, Furti, maxime Latrocinij, quod ab ijs, inquam, patratum qui lateribus (hinc non Latina modo ſed & ſancta lingua obtinet *Latro* nomen) viatorum ſtruunt inſidias. Et Caſtratio hercle antiquis velut Mors putabatur. Qui virilia ſibi præciderit (ut Talmudiſtæ qui cœlibatui ſe manciparit) notant homicidam Apoſtolorum Canones, qui alteri, lege tenetur Cornelia de ſicarijs, idque olim apud Anglos.

XXXII. *Statuit, ut nullus obolus*, (Hovedeni verba) *curs & rotundos eſſe ju-*

Feſtus & צייר *latro*, צר *latuo Hebraice*. *Bodin. de rep. lib. 6. cap. 6. Diſt. 55. cap. 4. ff. Ad leg. Corn. de ſicar. lib. 4. §. ult. Bract. lib. 3. tract. 2. cap. 23. & Stamf. plac. Coron. lib. 1. cap. 38.*

sit, aut etiam quadrans, si integer esset respueretur.

XXXIII. *Mercatorum falsam ulnam* (Monachus Malmesburiensis) *castigavit, brachij sui mensura adhibita, omnibusque per Angliam proposita.*

XXXIV. *Curialibus suis, ubicunque villarum esset, quantum à Rusticis gratis acciperet, quantum & quoto pretio emere debuissent, edixit. Transgressores vel gravi pecuniarum multa, vel vitæ dispendio afficiens.*

XXXV. Allaborat enixe a Pontificijs Anselmus Cantuariensis Antistes, atque extorquet *demum ut ab eo tempore in reliquum* (fertur post alios in Florilego) *nunquam per donationem baculi pastoralis, vel annuli quisquam de episcopatu, vel Abbatia per regem, vel quamlibet laicam personam investiretur in Anglia*: (adjungit ex Malmesburiensi) *regente tamen Electionis, & regalium privilegio.* Acris de hac re inter Regem & Anselmum dimicatio; nec non Paschalem & Calixtum PP. PP. inter & Henricum, sub id tempus, Imperatorem. Suo Utrique saltem adsimulantes cesserunt jure; Scenæ nostri pro re nata inservientes. Nam denato suffectum Anselmo Rodulphum *per annulum & baculum pastoralem investivit.*

XXXVI. Nocturnas faces, quas

Stowæus & vid. Malmes. lib. 5. de gest. reg. fol. 88.

Primus Gulielmus vetuerat, restituit; quippe cui jam firmato regno minus formidandas.

XXXVII. Ad conflandam Matildæ Regiæ filiæ, Henrico Imperatori desponsatæ, dotem, III. Solidorum *Hida* pendebat unaquæque vectigal. *Seeuti* (commentus est hic Polydorus) *sunt istud institutum quærendarum dotium ad collationem filiarum cæteri deinde reges; adeo posteritas suorum commodorum tenax semper fuit.* Subsidiariæ ad locandas Dominorum filias pecuniæ á beneficiariis numeratæ jus vetustiorem repetere originem, vix hærendum. Neque á Romuli patronorum & Clientum mutua necessitudine, aut Suetonij Caligula vellem; á priscis Normannorum potius Consuetudinibus Henrico antiquioribus. Ubi triplex illud *Auxilij* nomine Tributum explicatur, quod in publicæ libertatis gratiam diploma á Joanne Rege datum his memorat verbis. *Nullum Scutagium, vel auxilium ponam in regno nostro, nisi per commune consilium regni nostri; nisi ad corpus nostrum redimendum, & ad primogenitum filium nostrum militem faciendum, & ad primogenitam filiam nostram semel maritandam.*

XXXVIII. Henrico adscribunt nonnulli legem, quam *Curtoise d' Angleterre* dicunt I.

Rides. *Spec. Just. cap. des articles, &c.*

C. ti.

C.ti. Hac Vir ſuſcepta prole conjugis demortuæ heredijs fruitur, in humanis ſcilicet dum egerit.

XXXIX. Suas afflictis Naufragis reſtitui ſanxit res, ſi quod in periclitante navi animal Neptuni evaſerit furorem. Fiſco nempe antidhac adquiſitum, quicquid infortunio naufragij in littore expoſitum; extra quam ratem ipſi, Stato tempore, refecerant naufragi ſuperſtites. Ita Chronica Monaſterij S. Martini de Bello. Jus dicitur hoc *Wrechum*, ſi mavis *Varechum*, mares. Juri quo concors modo Gentium minus quæro. Antiquior ille mos quaſi Concors Normannici Conſuetudini. _ Ad emendatius Henrici Exemplum jam nunc Forenſes noſtri (idque recentior Ed. I. lex.) demiuunt. Cenſent & inter antiquiſſimos regni mores. Fruſtrane ideo ſtatuit *Richardus*, an retulit Hovedenus? *Si in navi mortuus fuerit naufragus, filij, vel filiæ, fratres, vel ſorores ejus habeant res ſuas, ſecundum quod oſtendere poterunt ſe eſſe propinquiores illius hæredes. Vel ſi defunctus nec filios, nec filias, nec fratres, nec ſorores habuerit Rex catalla ſua habeat.* An Meſſanæ quod in procinctu edixit tempore terminatum aut loco exiſtumes? Certe in Archivis alias tantundem.

Wrecke. *Lamb. Itinerar. Canc. Weſt. 1. cap 4. Pat. 46. Edw. 3.*

XL. Ut Balduini Comitis Flandrensis, & Ludovici Franciæ Regis (qui militari se manu præreprturos Henrico Normanniæ Ducatum mutuis ad invicem obstricti cum Angevinensi juramentis conspirassent) impetus nervoso sustineri posset exercitu, *primum omnium populo imposuit* (Polydorus adserit) *grave tributum, causa novi belli gerendi, quod apud posteriores reges in consuetudinem venit.* Postremus è virili stirpe fuit is Normannorum, & quoad suscepti rationem operis deeo postremum hic agimus.

Ancilibus, uti olim, nisi conditis Hymenæus, ita præterquam repositis armis, leges silent. Isthanc, si unquam alias, regnante *Stephano* Blesensi Comite ex Adela sorore Henrici Nepote usquequaque sensit Anglia antipathiam. Nec regnandi solum causa jusidque jurandum violavit, sed etiam salutatus, ab ijs qui Matildæ germanæ Henrici hæredi perfide adversabantur, Rex aucto imperavit scelere. Etenim *omnia ita perperam mutavit, quasi ad hoc tantum* (Malmesburiensis loquitur) *juravisset, ut prævaricatorem sacramenti se regno toti ostenderet.* Verum an ut ille

——— *perjuros merito perjuria fallunt?*

Ovid. Art. am. lib. 1.

Tra-

Tralatitia ſunt in quæ juravit, & quibus genitorum magis habentur rata, quam conceduntur nova. Attamen nec deſunt, & quæ tranſcriptu digna.

XLI. *Caſtella per ſingulas provincias* (Nubrigenſis tradit) *ſtudio partium extructa fuere, eranique in Anglia quodammodo tot reges, vel potius tyranni, quot Dominii Caſtellorum, habentes ſinguli percuſſuram propij numiſmatis regio more dicendi Juris.* Dilaceratum planiſſime regnum, & majeſtatis jus, quod a cudendis nummis haut minimum ſibi conciliat ſplendoris. Permoverim licet ante Normannos urbe Roffenſi, Cantuaria, aliiſque in civitatibus & oppidis fuiſſe Archimandritis & Epiſcopis jure privilegij monetæ percuſſores.

XLII. Proximus á Rege præfuit Theobaldus Cantuarienſis Archiepiſcopus concilio Londinenſi, (intetfuere & regii Proceres) *quod novis appellationibus infrenduit. In Anglia namque* (Henricus ait Huntindonienſis) *appellationes in uſu non erant, donec eas Henricus Wintonienſis Epiſcopus, dum legatus eſſet, malo ſuo crudeliter intruſit.* Quæ itaque Cardinalis Bellarminus de Arcadia juris æcumenici Provocandi ad Romanum Pontificem ætate, á Sardicenſi auſpicatus

V. Leg. Athelſtan. 4. *Bellarmin. lib.* 2. *de Rom. Pontifice cap.* 21.

ſynodo conſcripſit, noſtrum hoc regnum multis paraſangis facto neutiquam videntur attigiſſe.

XLIII. *Tempore Regis Stephani* (Policratico Joannis Sarisburienſis) *à regno juſſa ſunt leges Romanæ, quas in Britanniam Domus venerabilis Patris Theobaldi Britanniarum Primatis aſciverat. Ne quis libros etiam retineret, edicto regio prohibitum eſt.* Siquidem leges Imperij intellexeris (ego magis Pontificia decreta) non ita abs re fuerit ex tabulis Parlamentarijs iſta recentioris ævi adnectere. Accuſatis (in Ordinum comitijs á Richardo Burdigalenſi habitis: (*quæ ſtupenda dicuntur effeciſſe*) Alexandro Neuil Cantuarienſi antiſtite, Roberto Vere Duce Hiberniæ, Michaele Pole Comite Suffolciæ, Thoma Duce Gloceſtrenſi, Richardo Comite Arundeliæ, Thoma *de Bello campo* Comite Warwicenſi, aliis, quod induti adminiſtrationem Regni facilem regis delinendo adnleſcentiam mutuas in privatam rem præ publica traderent operas, ipſam rerum ſummam pæne intervorſuri; Conſuluntur Juris noſtratis periti & Civilis Romanorum, de accuſationis formula: quam uno reſpondent ore LL. normæ eſſe diſparem; At vero excipiunt Parlamenti Ba-

Policratic. lib. 8. cap. 2?.
The Parliament that wrought Wonders.

rones,

rones, se sua auctoritate nullis adstrictos legibus dijudicaturos, nec Romani Juris ductos apicibus PUR. CE. QUE. LA. ROIALME. D' ANGLETERRE. N' ESTOIT. DEVANT. CES. HEVRES. NY. A. L' ENTENT. DE. NOSTRE. DIT. SEIGNEUR. LE. ROY. ET. SEIGNEURS. DY. PARLAMENT. UNQUE. NE. SERRA. RULES. NE. GOWERNES. PER. LA. LO'. CIVILI & Rei pœnis addicuntur exilij. Sed hic Stephano terminus.

Cessit ille morti. Avitæ se hæreditati serodemum immiscuit *Henricus* Galfredi Plantageniste Comitis Andium & Matildæ Aug. Filius. Excisis & solo complanatis, quæ numerose ad M. C. XV. Stephano Rege constructa fuerant castellis, & in suos cancellos jure, Majestatis redacto, Avi leges firmavit. Porro *Clarendonæ* (agro in Wiltonienfi juxta Sarisburiam) *præsidente Johanne de Oxonia, de mandato ipsius Regis, præsentibus etiam Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, & Proceribus regni,* recognoscuntur aliæ, totis primum viribus serram reciprocantibus, hac regijs, illac Pontificijs, qui minime sibi competens seculare forum caussificabantur prætexentes immunitatis privilegio. Ast

Rot. Parlam. 11. Rich. 2.

in cassum Nam hujuscemodi sonuere constitutiones.

XLIV. *De advocatione, & præsentatione Ecclesiarum si controversia emerserit inter laicos, vel inter laicos & clericos, vel inter clericos in Curia domini Regis tractetur & terminetur.*

XLV. *Ecclesiæ de feudo D. Regis non possunt in perpetuum dari absque assensu & concessione ipsius.* Et Saxonica ætate hæredia, nisi impetrata Regis gratia, Cœnobiis addicere nequaquam fuisse videtur fas: liber enim antiquus Abindodienſis, *Quidam minister Ethelredi regis, dictus Ulfricus Spot construxit Abbatiam de* Burton, (in provincia Staffordienſi) *dedítque ei omnem hæreditatem paternam appreciatam* DCC. *libris: &, ut hæc donatio rata haberetur, dedit Ethelredo regi* CCC. *Mancas auri pro ejus confirmatione, & unicuique Episcopo* V. *Mancas, insuper Alfrico Archiepiscopo Cantuariæ villam Dumbletonam.*

XLVI. *Clerici reatati, & accusati de quacunque re, summoniti à Justitia regis veniant in curiam ipsius. respondebunt ibidem de hoc, unde videbitur quod ibi sit respondendum: ita quod Justitia Regis mittat in Curiam S. E. ad videndum qua ratione ibi res tractabitur.*

XLVII. *Si clericus convictus, vel confessus fuerit, non debet eum de cætero Ecclesia tueri.*

XLVIII. *Archiepiscopis, Episcopis, & personis regni non licet exire regnum absque licentia D. R. & si exierint, si regi placuerit, assecurabunt eum, quod nec in eundo, nec in redeundo, vel moram faciendo, perquirant malum sive damnum D. Regi.* Huc referas, an cum Polydoro ad Rufum, an posteriora ad tempora rescriptum quod in Regesto NE EXEAS REGNUM, habetur, haut ita multum interest, nec quæstionem accurare pretium erit operæ. Quis enim in τοῖς tam ἄπηλοις verum potis est elicere? Nec ad inaccessa abutor otio.

An sit & hic dubito, sed & hic tamen auguror esse.

Ex Joannis Magna, quam perhibent, Charta & componis tu hanc obrogationem. *Liceat unicuique de cætero exire de regno nostro, & redire salvo, & secure per terram, & per aquam, salva fide nostra, nisi in tempore guerræ per aliquod breve tempus propter communem utilitatem regni; exceptis imprisonatis, & utlagatis sedundum legem regni, & gente contra nos guerrina, & Mercatoribus, de quibus fiat sicut supradictum est.* Ad Henricum rebito.

Metamor. 10.

XLIX. *Excommunicati non debent dare vadium ad remanentiam, nec præstare juramentum, sed tantum vadium & plegium, stanti judicio Ecclesiæ ut absolvantur.*

L. *Laici non debent accusari nisi per certos & legales accusatores & testes, in presentia Archiepiscopi, vel Episcopi ita quod Archidiaconus non perdat jus suum, nec quicquid quod inde habere debeat*

LI. *Si tales fuerint qui culpantur quod non velit, vel non audeat aliquis eos accusare, vicecomes requisitus ab eo faciat jurare XII. legales homines de vicineto, seu de villa coram Episcopo, quod inde veritatem, secundum conscientiam suam, manifestabunt.*

LII. *Nullus qui de Rege tenet in Capite nec aliquis dominicorum ministrorum ejus excommunicentur, nec terræ alicujus eorum sub interdicto ponantur, nisi prius D. Rex, si in terra fuerit conveniatur, vel Justitia ejus, si fuerit extra regnum, ut rectum de ipso faciat, & ita ut quod pertinebit ad regiam Curiam ibidem terminetur, & de eo quod spectabit ad Ecclesiasticam Curiam ad eandem mittatur, & ibidem tractetur.*

LIII. *De appellationibus; sicubi emerserint, ab Archidiacono debent ad Episcopum, & ab Episcopo ad Archiepiscopum, & si Archiepiscopus defuerit in Justitia exhibenda ad D. R.*

v. Rog. Houeden. fol. 303.

per-

perveniendum est postremum, ut ipsum praecepto in Curia Archiepiscopi terminetur controversia, ita quod non debet ulterius procedere absque assensu D. Regis. Hac jampridem usus est * V. Cl. D. *Ed. Coke*, Eq. Aur. ad jurisdictionem Regis Ecclesiasticam, ceu non arrogatam recenter, adstruendam.

LIV. *Si calumnia emerserit inter Clericum & Laicum, vel inter Laicum & Clericum de ullo tenemento, quod Clericus ad Ecclesiem velit attrahere, Laicus vero ad Laicum feudum, recognitione* XII. *legalium hominum, per Capitalia Justitiæ Regis considerationem, terminabitur, utrum tenementum sit pertinens ad eleemosynam, sive ad feudum laicum coram ipsa Justitia Regis. Et si recognitum fuerit ad eleemosynam pertinere, placitum erit in curia Ecclesiastica, si vero ad laicum feudum, nisi ambo tenementum de eodem Episcopo, vel Barone advocaverint, erit placitum in Curia Regia. Sed, si uterque advocaverint de feudo illo eundem Episcopum vel Baronem, erit placitum in Curia ipsius; ita quod propter factam recognitionem seisinam non amittat, qui prius seisitus fuerit, donec per placitum disrationatum sit.*

LV. *Qui de Civitate, vel Castello, vel Burgo, vel Dominico manerio D. R. fuerit, si ab Archidiacono, vel Episcopo super al quo de-*

* Co. præfat. ad lib. 6.

dicto citatus fuerit, unde debeat ei respondere, & ad citationes eorum satisfacere noluerit, bene liceat eum sub interdicto ponere, sed non debet excommunicari. (Excommunicationem, quæ major dicta, à communione fidelium submovere, interdictum à divinis officiis & Sacramentorum usu tantummodo, ut minorem excommunicationem, separare ex Pontificio jure opportunum adnotat) *priusquam Capitalis Justitia D. Regis villæ illius conveniatur, ut justitiet eum ad satisfactionem venire, & si Justitia Regis inde fecerit ipse erit in misericordia D. R. & exinde petierit Episcopus eum accusatum Ecclesiæ justitia coercere.*

LVI. *Archiepiscopi Episcopi, & universæ personæ regni qui de Rege tenent, in Capite, & habent possessiones suas de D. R. sicut Baronias, & inde respondent Justitiis & ministris Regis, faciunt omnes rectitudines & consuetudines regias, sicut Barones cæteri, debent interesse judiciis Curiæ D. R. cum Baronibus suis usque ad diminutionem membrorum vel ad mortem.*

LVII. *Cum vacaverit Archiepiscopi, vel Episcopi, vel Abbatiæ, vel prioratus de dominio R. debet esse in manu ipsius, & inde percipiet omnes redditus & exitus sicut dominicos: & cum ventum fuerit ad consulendum Ecclesiæ, debet D. Rex mandare potiores personas Ecclesiæ, & in Capella ipsius regis debet fieri electio assensu D. R. & consilio personarum regni, quas ad hoc faciendum voca-*

vocaverit, & ibidem faciet electus homagium, & fidelitatem D. Regi, sicut ligio D. de vita sua, & membris, & de honore suo terreno (SALVO ORDINE SUO) priusquam sit consecratus.

LVIII. *Si quisquam de proceribus deforciaverit Archi-piscopo, Episcopo, vel Archidiacono de se, vel de suis, justitiam exhibere, Rex debet justitiare.*

LIX. *Si forte aliquis deforciaverit domino Regi terram in manu, Archiepiscopus, Episcop. & Archidiaconus debent eum justitiare, ut regi suum faciat.*

LX. *Castella eorum qui sunt in forisfacto regis non detineat Ecclesia vel cœmiterium contra justitiam regis, quia ipsius regis sunt, sive in Ecclesiis, sive extra fuerint inventa.*

LXI. *Placita de debitis, quæ fide interposita debentur, vel absque interpositione fidei sunt in curia regis.*

LXII. *Filii Rusticorum non debent ordinari absque assensu domini, de cujus terra nati dignoscuntur.*

Discrepant nimium, fateor, ab his constitutiones Clarendonenses in Matthæi Paris majori historia editæ, eas dico mutilatas, & nonnullibi fatis entibus interstitiis, desunctis commissuris, & inverso sermone depravatas, quarum infortunium incuriæ librariorum adscribo. Vindicatas autem, ut videre hic licet, & redintegratas calx

libelli

libelli M. S. vulgo Quadrilegi. (Vita nempe est Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi, ex Huberto Bostham, Joanne Sarisburiensi, Willielmo Cantuariensi, & Alano Abbate Theocesburiensi in unum volumen digesta) nobis impertivit. Dissidia Regem inter & Thomam Cantuariensem hinc oriunda non est hujusce perstringere instituti; historici satis propalant. Liceat interim Poetam nostrum Gloceſtrensem in scenam redire, & æquis excipiantur auribus prisci idiomatis versus, rem quam præ manibus habemus complexi.

No man ne might thenche the loue that there was
Bitwene the K. H. and good man S. Thomas;
The diuel had enui therto, and sed bitwen them feu,
Alas, alas thulke stond, bot all to well it greu.
Uor there had ere the kings of Luther dede,
As W. Bastard, and his son W. the rede.
That Luther laiwes made inou, and held in al the lond

The

The K. nold not bele the laiwes
that he fond,
Ne that his elderne huldе, ne
the godeman S. Thomas
Thought that thing age right
neuer law nas,
Ne lothnes and cuſtom mid
ſtrength up ihold,
And he wiſt that vre dere Lourd
in the Goſpel told
That he himſelfe was lothnes,
and cuſtum nought,
Theruore Luther cuſtumes he
nould graent nought.
Ne the K. nould beliеue that is
elderne ad ihold,
So that conteke ſprung bituene
them manifold.
The K. drou to right law mani
Luther cuſtume,
S. Thomas they withſtod, and
granted ſome.
The Laiwes that ſcholle now
teli he granted vaiwe.
Zuk a yuman hath a ſone to cler-
gi idraw Ipe

He ne sall without is lourdes icrouned nought be.
Vor yuman ne mai nought be made agen is lourds will free.

Nativos, seu glebæ adscriptitios ille Yumen indigitat. Nos ingenuos plebeios, simul & servos, Velut ignobilitatis nota, Ycomen: & qui ex eo sunt numero Mariti Gommen: Gomman enim, non Goodman, ut vulgus: veteres Teutoni virum conjugem vocitabant:) Voces, mihi ut persuassimum, ex Latinorum *Homines* fictæ, quod ipsum Ennio & Festo Opsce *Hemones* & lingua nostra proprius adest Poetæ sane, & ipsi ἐτύμω valde adstipulantur quorundam Jurisconsultorum nostratium placitum *Homines* & *Nativos* antiquis litigantium instrumentis æquipolentia (sed male) sentientium. Clarendonenses *Rusticos*, quos iste Yumen, nuncupant: & *Rustici* ac *Villani* (ij Anglis

---

40 *assis. pl. 1. & 3. Ed. 3. tit. Barre 251. Homines, & qui ad hominium adstricti conjugata. Cujacius l. observat. cap. 14 & ἀνδραπόδων. mancipium inversa notationis sententia. Eustath. ad Iliad. 8. Annal. Hibern. M. cc. x 1. sub Hen. 3. Malmesb. lib. 2. de gest reg. cap. 8. & Ingulphus fol. 519. Malmesb. 1. gest. Pontif.*

servi)

servi) antiquitus synonyma. Quod enim Henricus *Londres* Archiepiscopus Dublinensis *Rusticorum Tenentium chartas* sublesta fide flammis damnarat, *liberi tenentes vocabant eum*, ut annalibus legitur in Hibernicis, Scorchvillein quasi tu dicas Villanorum incendiarium. Intempestivum nec duxerim hoc loci comminisci hallucinatum Thomam Spottum Monachum Cantuariensem, qui privæ servitutis Anglos ante Normannorum victoriam scribit nescios. Convincitur enim cum ex Ancilla Andeverensi Regis Edgari amasia, tum ex obsignatis Inæ LL. tabulis, & quibus nimirum Toraldus de Bukenhale Walgatum Croulandensem Cœnobiarcham donavit, inque iis quamplurimis servis, *cum totis sequelis suis*. Habe, & ex Londinensi synodo, præside Anselmo, (cum nempe de servis hic mentio) *Ne quis illud nefarium negotium quo hactenus in Anglia solebant Homines, sicut bruta animalia, venundare deinceps præsumant*. Sed inverecunde Poetam interpellamus; in eum est redauspicandum, resolvit iterum ora.

Another thing he granted eke
as ye mow no[illegible]ise;
Luf a man of holi Chirch hath
eni lay fes.
Parson, other what he be, he
sall do thernore Kings

Kings ſeruice that there valth,
that is right ne be vorloze,
In plaiding and in aſſiſe be and
in iudgement alſo.
Bote war man ſſal be bilemed,
other to deth ido.
He granted eke yuf eni man the
Kings traitoz were,
And eni man is chateux to holi
Chirch bere
That holi Chirch ne ſolde
nought the chateux there let
That the K. there other is as is
owne is ne wette.
Uoz all that the felon hath the
Kings it is
And eche man mai in holi
Church is owne take iwis.
He granted eke that a chirche of
the Kings fe
In none ſtede ene and euer ne
ſſold igiue be
As to hous of religion, without
the Kings leue,
And that he other the patron
the gift firſt gaue. S.

S. Thomas granted well these
and other mo
And these other he withsede that
did him well woe.
I. Vuf bituene twei leud men
were en striving,
Other bituene a leud and a
clerc, for holi chirch thing
As for vousson of chirch whither
shol the chirch giue,
The K. wold that in his court
the ple sholde be diue;
Vor as much as a leud man
that the o parti was
Chanliche was vnder the K. & e
vnder no bishop nas.

Quod hic noster Leudemen, vulgo Juris interpretes & nostri & Canonici *Laicos*. Leudes enim (ut Διος deductus apud Cæsarem Germanicum ad Arati phœnomena post Pindarum ἀπο τῦ ? ἄος, id est, *Lapis* durum genus hominum & promiscuum denotat) gregem imperitam sonat, multitu-

Cæs. Germ. ad Arat. in Aquario. Pindar. Olymp. 9.

dinem,

dinem, & qui ad ſacra non electi. Fuſe iſtud in Poliorceticis Juſtus Lipſius Leodii Eburonum Metropolis ſcrutando originationem. Ad noſtram quod attinet linguam comprobant J. Gowerus, & Galfredus Chaucerus inſtauratores ejuſdem metrici: ita Galfredus

No wonder is a leude man to ruſt.
If a Prieſt be foule on whom we truſt.

Veruntamen literaturæ expertem, quam ſacris nondum initiarum ſignificare docet, quod is alibi

This euery leud Vicar and Parſon
Can ſay ——— &, *tam laicos, quam literatos* habet Petrus Bleſenſis, alii. Atqui, non conſulat mali Chaucerus quod Gloceſtrenſibus hic cedat Muſis.

II. Another was that no clerc, ne biſhop nath mo,

Lipſ. Poliorcet. lib. 1. diſſert. 2. Clauc. in Troïlog. & apparitoris fabula. Pet. Bleſenſ app. ad Ingulph.

Ne

Ne ſholde without Kings leue
out of the lond go.
And than hij ſholde ſuere up the
boke ywis.
That hij ne ſold purchas no
uvel the K. ne none of is.
III. The thrid was yuf eni man
in mauling were I brought,
And ſuth come to amendment,
ne age were nought
That he ne ſuore pp the boc, ac
borowes find ſolde
To ſtand to that holy Chirch
there of him toky wold.
IV. The verth was that no man
that of the K. huld ought
In cheiſe or in eni ſeruiſe in
mauling were ibrought,
Bote the wardeins of holy
Chirch that brought him
thereto,
The K. ſede or is bailifes wat
he ad miſdo,
And loked verſt were thei to
amendment it bring,

And

And bote hij wolde by their leue
do the mausing

V. The vift was, that bishoprikes and Abeis also
That vacans were of prelas in the K. hand were ido,
And that the K. sold all the land as is owne take,
Vort at last that him lust eni prelat there make.
And than thulke prelat sould in is chapel ichose be.
Of is clarkes which he wuld to such prelate bise.
And than wan he were ichose in is chapel right yere,
Homage he solde him do ar he confirmed were.

VI. The sixt was yuf ene play to chapitle were idraw,
And eni man made is apele, yuf me dude him vnlaw,
That to the Bishop from Ercedeken is appele sold make,
And

And from Bishop to Arcebisshop
and suth none other take,
And but the Ercebisshops court
to right him wold bring,
That he sold from him be cluthe
biuore the King.
And from the K. non other ma
so that attan end.
Plaining of holi chirche to the
K. shold wend.
And the K. amend sold the Er-
cebishops dede.
And be as in the Popes stude,
and S. Thomas it with sede.

VII. The seueth was that plaid-
ing that of det were
To yeld wel thoru truth iplight,
and nought thold nere
Althei thoru truth it were, that
pie sold be throught
Biuore the K. and is baillies and
to holy chirch nought

VIII. The eigth that in the lond
citation none nere

Thoru

Thoru bull of the Pope of
Rome, and clene bileved were.
IX. The nithe was that Peters
pence that me gadereth manion,
The Pope nece nought on i-
send, at the K. echone.
X. The tethe was yuf eni Clarke
as felon were itake,
Aud vor felon iproved and ne
might it ne forsake,
That me sold him verst disor-
dein and suth thoru there law,
And thoru judgment of the land
hong him other to draw.
Vor these and vor other mo the
Godeman S. Thomas
Fieu verst out of England and
eke imarrid was,
Vor he sei there nas bo te o way
other he must stiffe be,
Other holy chirch was isent,
that of rig was so fre.

In leges, quas indicavi Clarendonenses, vocato in concepta verba Deo, Ordines regni (*Baronicum* jurarunt, & cum eis Præsul Cantuariensis,

tuarienſis, Miſſi ad Alexandrum III. PP. legari, ut fieret atq e is fundus ſanciretque firmaras. Verum hoc tantum abfuit, ut non cleri duntaxat nimio derogatum prætenderet immunitate, aſſenſumque prorſus detrectaret, ſed ſolutio etiam, impetrante Thoma, quo obſtrictus erat ligamine velut impias, & S. E. adverſas damnaret. Henricus quam primum reſciverit iniquiſſimo, uti par erat, tulit animo, in Romani ſori inſolentiam, & Cantuarienſis perfidiam meritiſſimo graviter infrendens. Mandatæ confeſtim Provinciarum Vicecomitibus literæ; *Si aliquis Clericus, vel Laicus in baillivia ſua Romanam Curiam appellaverit, eum capiant, & firmiter teneant, donec voluntatem ſuam Rex præcipiat; & omnes reddituſ Clericorum Archiepiſcopi, & poſſeſſiones ſaiſiant in manum regiam, & omnium clericorum, qui tum Archiepiſcopo ſunt, patres, matres & ſorores, nepotes, & neptes ponant per ſalvos plegios, & catalla eorum, donec voluntatem ſuam rex præcipiat.* Ex Matthæo Paris ſum loquutus. Pœnam vides hic, ubi non eſt noxia, Propinquos, Adfines, Conſanguineos pertingit. In divergente poſt Auguſtum Romano imperio minime ratum, *Atqui peccata ſuos teneant auctores* (reſcripſit Eutychiano Præf. Præt. Arcadius & Honorius

C. de pœnis l. 21. *ſancimus.*

AA.) *nec ulterius progrediatur metus, quam reperitur delictum.* Anglis jus uſitatiſſimum, quo, præter adempta ſanguinis & Nobilitatis jura civilia, atrociſſimis á parentum ſceleribus Capite deminutorum nulli ſubeunt poſteri, aut gentiles pœnas. Sed & in, quas memoravi, literis, minabatur.

LXIII. *Si quis inventus fuerit ferens literas D. PP. vel mandatum, aut Thomæ Archiepiſcopi continens interdictum Chriſtianitatis in Anglia, capiatur, & retineatur, & de eo ſicut de Regis traditore, & regni* (Teſtis adſtat Rogerius de Hoveden) *ſine dilatione juſtitiæ fiat.*

LXIV. *Lonlinenſis, & Norwicenſis Epiſcopi ſummoneantur, ut ſint coram Juſtitiariis R. ad rectum faciendum, quod conſtituta regni interdixerunt terram Comitis Hugonis, & in ipſum ſententiam anathematis intulerunt.* Hugonis Bigod Nortfolciæ Comitis.

LXV. *Denarij S. Petri colligantur & cuſtodiantur.* Tributum erant iſ (ſive eleemoſyna) ab Ina Occiduorum Saxonum Rege primo conceſſum; Kl. Aug. quotannis exigendum á quotquot *habuerint XXX. denariatas* (uti legibus habetur Confeſſoris) *vivæ pecuniæ in domoſua.* Uſque ad Henrici VIII. libertum & á Pontificia tyranni-

V. Canut. leg. 74.

de

de vindicatum imperium (idcirca tempus, hoc nomine fuit in Anglia Quæstor Polydorus Vergilius) stata tempestate solvebantur. Antiquam eorum ex rescripto Gregorij PP. ad Archiepiscopos Cant. & Ebor Edwardo II. Rege visum est enarratiunculam adponere.

Sterling. lib. Solid. Dioces. lib. Solid. den.

Cantuar. vij. xvij.	*Winton. xvij. vi. viij.*
Londinens. xvi x.	*Exon. ix. v.*
Roffens. v. xij.	*Wigorn. x. v.*
Norwicens. xxi. x.	*Hereford. vi.*
Elien. v.	*Bathon. xij. v.*
Lincoln. xlij.	*Eboracens. xi. x.*
Coventren. x. v.	*Saliburien. xvij.*
Ceſtren. vlij.	

Crescit ad CCC. Marcas & semissem.

Frustra expectes hic eadem Thomæ, purgatum Crimine Henricum, haut æquis conditionibus absolutum.

Conveniunt Cymbæ vela minora meæ.

Fox in hist. Eccles. Ed. II relcript. dat. X. Kl. Maij. ap. Veterem urbem Pontificat. 2.

Non ita multo poſt, Northamtoniæ conveniunt Rex & Barones. De legibus & adminiſtranda Juſtitia tractatur. In ſex demum provincias partito regno, lecti è Juriſperitis qui Tribunali in quavis præſſent *Itinerantes Juſtitiarij* mandantur. Horum ex Hovedeno Eccam tibi nomenclaturam.

Hugo de **Cressi.**	Norfolcia.
	Suffolcia.
	Cantabrigia.
Walt. F. Roberti.	Huntinghdonia.
	Bedfordia.
Rob. **Mantel.**	Buckinghamia.
	Eſſexia.
	Hertfordia.
Hugo de Gundevilla.	Lincolnia.
	Nothinghamia.
	Derbia.
Willielmus F. Radulphi.	Staffordia.
	Warewico.
Williel. **Baſſet.**	Northamtonia.
	Leceſtria.

Ro-

Robertus F. Bernardi.	Cantio.
	Surria.
Richardus.	Southantonia.
Gifford.	Suffexia.
Rog. F. Reinfrai.	Bercheria.
	Oxonia.
W. F. Stephan.	Herefordia.
Bertam. de	Gloceſtria.
Verdun.	Vigornia.
Turſtam. F. Sim.	Salopia.
	Wiltonia.
Rad. F. Stephani.	Dorſetia.
W. Ruffus.	Sumerſetia.
Gilbertus Pſpard.	Devonia.
	Cornubia.
	Eboraco.
Robertus de	Richmondia.
Wals.	Lancaſtria.
Rad. de Glanville.	Coplandia.
	Weſtmerlandia
Rob. Pikenot.	Northumbria.
	Cumbria.

Hos ſacramento adegit, quod ipſi bona fide & ſine malo ingenio, eodem utor auctore, *ſubſcriptas aſſiſas cuſtodirent, & inviolabiliter ab hominibus regni facerent cuſtodiri.* Inſignitas eas hoc titulo commemorat.

ASSISÆ HENRICI Regis factæ apud Clarendon & renovatæ apud Northamtune.

SI quis retatus fuerit coram Juſtitiis D. Regis de Murdro vel Latrocinio, vel roberia, vel receptatione hominum tale facientium vel de falſonerià, vel iniqua combuſtione, per ſacramentum XII. Militum de Hundredo, & ſi milites non adſuerint, Per ſacramentum XII. liberorum & legalium hominum, & per ſacramentum IIII. *hominum de unaquaque villa hundredi eat ad judicium Aquæ, &, ſi perierit, alterum pedem amittat.* Milites forte beneficiarii, qui deſiderantur hic, ſi mavis Feudatarii, inter quos, & qui ſtipendiis, ſive, ut eſt in Feudorum libris, ſolidatis militabant,

Cæſ. comm. lib. 3. Athen. lib. 5. dipnoſoph. Feud. lib. 2. tit. 20.

bant, *Soldurij* forsan Cæsari, Σιλοδύνοι Nicolao Damnasceno, *Servientes* Monachis nostris, Bractonæ. Ottoni Frisingensi, & Radevico in legibus Barbarossæ castrensibus gliscit discrimen; utrisque infra Equitum auratorum decus longe sitis. Probe est teneo & Auratos Equites ad XII. viralia non nulla judicia olim, & jure nunc certissimo evocatos. Ad *magnam* inquio, *Regis Assisam*, & ad contestatam litigante altrinsecus Barone Parlamentario litem. Ad illam, quod honoratissimum sit judicii gentis, & victo peremptale. Ad hanc, uti parilitas sit nominis ab aliquo saltem Judicium (nam XII-viri Judices sunt Facti) & inlustriore sive Reo, sive Actore. Parlamentarii enim Majores Nobiles, in queis á *Baroniis* Archiepiscopi, & Episcopi, (olim Cœnobiarchæ plurimi) Duces, Marchiones, Comites, Vicecomites, & Barones, ordine licet & titulis discrimentur honorariis, qua nihilominus *Regni* sunt tantummodo *Barones*, Ampliss. illis intersunt Comitiis. Et qui pro arbitratu regio adcensi, ad lite-

Otho Frnising. lib. de Frederic 1. *Radevic. lib.* 1. *cap.* 26. *Bract. lib.* 5. *de Essoniis cap.* 10. & 26. *Ed.* 3. *fol.* 57. *a.* 20. *Ed.* 3. *fol.* 2. 6. *v.* 17. *Ed.* 2 *tit.* Attaint 69. 13. *Ed.* 3. *lit.* Challenge 115. *Plo Comm. fol.* 117. 8. *Hen.* 6. *fol.* 10.

rarum, quod ajunt Forenses, *Summonitionis* imprem Chevaliers salutantur, non Barones. Dignitatis enim est nomen illud. Πολυκτημοσύνης magis hoc prisce. Quod ejuscemodi duntaxat rescripta ad usque Rich. II. (is Joannem de Beauchamp de Holt Baronem de Riderminster diplomate primus creavit) contulere; utraque in usu nunc est ratio.

LXVII. *Apud Northantune additum est pro rigore justitiæ* (memineris quod proxima sectione) *quod dextrum similiter pugnum cum pede amittat, & regnum abjuret, & infra* xl. *dies à regno exulet.* (xl. dierum gratia est, ita Bractona, indultum, ut quærantur interim ad commeatus amicorum subsidia.) *Et, si ad aquam mundus fuerit, inveniat plegios, & remaneat in regno, nisi retatus fuerit de Murdro, vel aliqua turpi felonia, per commune comitatus & legalium militum patriæ, de quo si prædicto modo retatus fuerit quamvis ad aquam mundus fuerit, nihilominus infra* xxxx. *dies a regno exeat, & catalla sua secum asportet, salvo jure Dominorum suorum & regnum abjuret in misericordia domini Regis.* De Judicio *Aquæ & Ignis*, seu *Ordaliis* hic paucula. Saxonicas fuisse probas liquet, divino temere nixas miraculo. Ad satra quam prophana attinent; ex quo priore libro præ-

Bract. tract. de Coronâ lib. 3.

terivimus,

terivimus, & visus iste locus, quo monitum volui de eis lectorem, nec inopportunus. *Tenetur se purgare is qui accusatur* (scribit Ranulphus de Glanvilla) *per Dei Judicium, scilicet per calidum ferrum, vel per aquam pro diversitate conditionis hominum: per ferrum calidum, si fuerit homo liber, per aquam si fuerit Rusticus.* Malleum ferream candentem uno & altero, ut plurimum, passibus incedens Reus manu ferebat, aut nudis premebat plantis ignitos (atque eos Francorum juxta ac Longobardorum leges novem) vomeres. Tot pressis mire purgata est & apud Historicos Nobilis, Emma Confessoris mater laesæ cum Aldwino Wintoniensi Episc. pudicitiæ insimulata, ab impacto calore incolumis & insons. Aquei Ordalij genus erat duplex: frigidæ & ferventis. In frigidam (uti nonnullibi hodie veneficæ) injectus est Reus; qui fundo pauxillum non subsiderit, sceleris damnabatur conscius, ut quem elementum regenerationis symbolum in suum non admitteret gremium: in fervens cubito tenus brachium immersum ad eum modum Veritatis Index; & immissa in æstuantem lebetem nuda manu Ælstanus Abendonensis Monachus postilla antistes

Glanvil. lib. 14. cap. 1. Polydor. hist. lib. 4. & Matthæ. Park. in vita Rob. Cant. Archiepisc.

Shirburnensis suo se ostentavit Abbati. Quod vero tantummodo Rusticis ajunt aqueum (nam terrestri & ignobili naturæ Aqua, Cœlesti Ignis adscribitur, à cujus proprio homini usu immortalitatis Animæ duxit argumentum Firm. Lactantius) competisse, usque adeo verum esse negat exemplum *Joannis Senis Nobilis & Divitis*, qui sub Henric. II. cum, imputata ....., Fratris Comitis de *Ferrarijs* cæde, aqueo se non expediret judicio, pœnas dedit patibuli. Undenam uterque in Christianos derivatus mos, mei non est accuratius sectari. Ignem memini antiquis Ἀγνιστικον; atque est in Sophoclis Antigone, qui ultro

——— καὶ μύδρους αἴρειν χεροῖν
Καὶ πῦρ διέρπειν, ———

ut Polynicis sepulturæ insontem se præbeat. Creonti est professus. Dogma Pythagoricum, qui Jovis Carcer in ipso Universi centro collocatur ignis eorum qui hunc univoce Solem

---

Malmesb. lib. 2. de gest. Pontif. Lactantius institut. 7. de divin. præm. cap. 9. Hoveden lib. 2. annal. Cœl. Rhodog. antiq. lect. lib. 17. cap. 21. Sophocles in Antigone.

..... ἐς

—— ὃς πάντα ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐτακούσεις

refragante acriter Lycæo volunt, tacitus omitto neque tamen omittam vere Sanctis Bibliis in ipso nomine אש i. *Ignis* velut re, quemadmodum ait I Reuchlinus, divinitate consentanea *Deum Opt. Max.* mortali se ingenio ostendisse, & D. Paulum ad Psalmographi mentem Πυρὸς Φλόγα indigetasse ministri DEI. Atque S. literis male interpretando, abuti nimis antiquum, & nimis jam frequens.

Imperjuratum, —— *Stygiamque Paludem,*
Dij cujus jurare timent & fallere numen.

Homerus canit & Virgil. Celtarum infantes Κεκριμένους λουτροῖσιν ἐλεγχιγάμου ποταιμοῖο uti est in Epigrammatis. Sardoôs fontes in Solino Februa humida in Ovidij Fastis legimus, & fluvio Διιπέτης, atque eorum, apud Physicos, longe stupendas naturas occultatissimasque. Verum hæc ple-

Arist. 2. de Cœlo Iliad. 3. Deutero. 4. Zanch. lib. 1. de nat. Dei. cap. 6. Reuchlin. de verb. mirif. lib. 2. cap 16. Psalm. 104. Epist ad Hebræ. cap 1. v. 7. Æneid. 6. Anthologa Epigr. μγ. Ovid fast 2 Polyhist. lib. 1. cap. 10. Senec epist. 41.

Shiburnenſis ſuo ſe oſtentavit Abbati. Quod vero tantummodo Ruſticis ajunt acutum (nam terreſtri & ignobili naturæ Aqua, Cœleſti Ignis adſcribitur, à cujus proprio homini uſu immortalitatis Animæ duxit argumentum Firm. Lactantius) competiſſe, uſque adeo verum eſſe negat exemplum *Joannis Senis Nobilis & Divitis*, qui ſub Henric. II. cum, imputata ....., Fratris Comitis de *Ferrariis* cæde, aqueo ſe non expediret judicio, pœnas dedit patibuli. Undenam uterque in Chriſtianos derivatus mos, mei non eſt accuratius ſectari. Ignem memini antiquis Ἀγνιστικον; atque eſt in Sophoclis Antigone, qui ultro

——— χἠ μύδρους αἴρειν χερῖν
Καὶ πῦρ διέρπειν, ———

ut Polynicis ſepulturæ inſontem ſe præbeat. Creonti eſt profeſſus. Dogma Pythagoricum, qui Jovis Carcer in ipſo Univerſi centro collocatur ignis eorum qui hunc univoce Solem

---

Malmesb. lib. 2. de geſt. Pontif. Lactantius inſtitut. 7. de divin. præm. cap. 9. Hoveden lib. 2. annal. Cœl. Rhodog. antiq. lect. lib. 17. cap. 21. Sophocles in Antigone.

—— ὃς πάντα ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐτακούσεις

refragante acriter Lycæo volunt, tacitus omitto neque tamen omittam vere Sanctis Bibliis in ipso nomine אש i. *Ignis* velut re, quemadmodum ait I Reuchlinus, divinitate consentanea *Deum Opt. Max.* mortali se ingenio ostendisse, & D. Paulum ad Psalmographi mentem Πυρὸς Φλόγα indigetasse ministri DEI. Atque S. literis male interpretando, abuti nimis antiquum, & nimis jam frequens.

Imperjuratum, —— *Stygiamque Paludem,*
Dij cujus jurare timent & fallere numen.

Homerus canit & Virgil. Celtarum infantes Κεκριμένους λουτροῖσιν ἐλεγχιγάμου ποταιμοῖο uti est in Epigrammatis, Sardoôs fontes in Solino Februa humida in Ovidij Fastis legimus, & fluvio Δυσπέτης, atque eorum, apud Physicos, longe stupendas naturas occultatissimasque. Verum hæc ple-

Arist. 2: de Cœlo Iliad. 3. Deutero. 4. Zanch. lib. 1. de nat. Dei. cap. 6. Reuchlin. de verb. mirif. lib. 2. cap 16. Psalm. 104. Epist ad Hebræ. cap 1. v. 7. Æneid. 6. Antholog. α Epigr. μγ. Ovid fast 2 Polyhist. lib. 1. cap. 10. Senec epist. 41.

raque Ordaliis noſtris forte ignota. Aſt aqueum ad malam Zelotypiæ poculi Judæorum imitationem irrepſiſſe multijugæ eruditionis V. Martinus Del Rio in diſquiſitionibus Magicis fecit conjecturam. Hujuſce enim & Ignei præbent Danorum Saxonum, Germanorum, Francorum, Hiſpanorum, totius denique Orbis Chriſtiani hiſtoriæ compluria exempla.

An, quia cunctarum contraria ſemina rerum
Sunt duo diſcordes Ignis & Unda Dei,
Junxerunt elementa Patres ———

An, quia in תשמים natione (ipſi enim cœli Gentium dii erant fictitii) ab אש & מים nonnullis arriſit deductio? Scientior quis dixerit Janus.

——— ἃ μὲν ἐλέγχω κενὸς ὤν.

Ukriuſque ſuperſtitiones, ritus luſtrationes, preces, & ſolennes παρασκευὰς plena dant manu G. Lambardus in vocabulorum explicatiouibus, & Matthæus Par-

Murt. Delrio diſq. magic. lib. 4. ſect. 3. & 4. Ovid. faſt. 5. Imperari naturæ audacis eſt credere. Plin. l. Pic. Mirandula in Heptaplo. Pindar. Olymp. 3. Vita Roberti.

kerus

kerus Cantuariensis Archiepiscopus Britannicæ Ecclesiæ Antiquitatibus. Utraque cum altero illo Monomachiæ (nam inter Ordalia atque hæc censita) Rom. Eccles. impia visa, & diu est, quod inter vulgares purgationes antiquata, At vero Diis Patriis me redonem & Northamtoniam rebitem.

LXVIII. *Nulli liceat neque in Burgo, neque in villa hospitali aliquem extraneum, ultra unam noctem, in domo suo habere quem ad rectum tenere noluerit, nisi hospitatus ille rationabile essonium habuerit, quod hospes domus monstret vicinis suis & cum recesserit, coram vicinis recedat, & per diem.* Pertinet huc illud Bractone. *Dici poterit de familia alicujus qui hospitatus fuerit cum alio per tres noctes, quia prima nocte dici poterit* Uncuth id est *ignotus: secunda vero* Gust id est *hospes, tertia nocte* Hogenhine (lego Hawan Man) id est Græce ὁμοτράπεζος οἰκείος, Latine Familiaris.

LXIX. *Si quis saisitus fuit de murdro, vel de latrocinio, vel roberia, vel falsoneria, & inde sit cognoscens, vel de aliqua alia felonia quam fecerit coram preposito hundredi, vel Burgi, & coram legalibus hominibus, id postea co-*

Decret. tit de vulgar. purgat. Caus. 2. quæst. 5. Bract. lib. 3. tract. 2. cap. 10. & Canut. leges.

ram Justitiis negare non poterit. Et si idem sine seisina (cum seisina hoc loci idem quod ἐπαυποφώρω, vernacule taken with the manet) *coram eis aliquid hujusmodi recognoverit, hoc simul coram Justitiis negare non poterit.*

LXX. *Si quis objerit francus tenens, heredes ipsius remaneant in tali seisina, qualem pater suus habuit die qua fuit vivus & mortuus de feodo suo, & catalla sua habeant unde faciant & Divisam defuncti, & dominum suum postea requirant & faciant de relevio, & aliis, quæ eis facere debent de feudo suo.*

LXXI. *Si hæres fuerit infra ætatem, Dominus feodi recipiat homagium suum, & habeat in custodia illum quamdiu debuerit; alii Domini si plures fuerint homagium ejus recipiant, & ipse faciat eis quod facere debuerit.*

LXXII. *Uxor defuncti habeat Dotem suam, & partem de catallis ejus, quæ eam contingit.* Superiori fortassis seculo Uxor & liberorum Legitima Triens (utrisque si extitissent; semis Uxori, si nulla proles; proli tantundem uxore non superstite) generatim æque Anglis atque Falcidia Quadrans olim & Justiniani Novella postmodum Romanis. Video enim eundem Normannis, Attrebatiis, Hibernis, circumjacentibus morem, Glanvilla, Bractona, Regestum Brevium, Gulielmus Lindwood, præter annales Juris nostri, sunt visendi.

LXXIII.

LXXIII. *Fustitiæ capiunt fidelitates D. Regis infra clausum Paschæ, & ad ultimum infra clausum Pentecostes; ab omnibus videlicet Comitibus, Baronibus, Militibus, & libere tenentibus, & etiam rusticis qui in regno manere voluerint, & qui facere noluerit fidelitatem tanquam inimicus Domini Regis capiatur.*

LXXIV. *Habent & jam Fustitii præcipere, quod omnes illi, qui nondum fecerunt homagium & ligantiam D. R. ad terminum quem eis nominabunt, veniant & faciant Regi homagium & ligantiam sicut ligio domino.*

LXXV. *Fustitiæ faciant omnes justitias, & rectitudines spectantes ad D. Regem, & ad Coronam suam per Breve D. Regis vel illorum, qui in loco ejus erunt, de feudo dimidii militis & infra* (Feudum Militis, in vetusto, sed longe plus justo ostentante antiquitatem, libello *de modo Tenendi Parlamenti* dicitur *XX. libratæ terræ*, verum ad D. C. LXXX. Jugera censetur præfixus *Rubro libro Scaccarii* numerus) *nisi tam grandis sit querela, quod non possit deduci sine domino Rege, vel tali quam Fustitiæ ei reponent pro dubitatione sua, vel ad illos qui in loco ejus erunt. Intendant tamen pro posse suo ad commodum D. Regis faciendum.*

LXXVI. *Fustitiæ provideant, quod castella diruta prorsus diruantur, & diruenda bene prosternantur. Et nisi hoc fecerint, D. Rex*

Fusti

Fulicium Curiæ ſuæ de eis habere voluerit ſicut de contemptoribus præcepti ſui.

LXXVII. *Latro, ex quo capitur, Vicecomiti tradatur ad Cuſtodiendum, & ſi Vicecomes abſens fuerit, ducatur ad proximum caſtellanum, & ipſe illum cuſtodiat, donec illum liberet Vicecomiti.*

LXXVIII. *Fuſtitiæ faciant quærere per conſuetudinem terræ illos, qui à Regno receſſerunt. Et niſi redire voluerint infra terminum nominatum, & ſtare ad rectum in Curia Regis poſtea utlagentur & nomina utlagorum afferantur ad Paſcha & ad feſtum S. Michaelis ad Scaccarium, & exinde mittantur D. Regi.* Northamtoniæ iſthæc.

LXXIX. *Quod de cætero Clericus* (Hugoni à tit. S. Michaelis a Petra Leonis Cardinali legato, qui dilatatam eam pontificiam adpulerat R. conceſſit) *non trahetur ante Judicem ſecularem perſonaliter pro aliquo Crimine vel tranſgreſſione, niſi pro foreſta & laico feudo, unde Regi vel alii D. ſecularis laicum debetur ſervitium.*

LXXX. *Archiepiſcopatus in ſuper Epiſcopatus, vel Abbatiæ non teneantur in manu Regis ultra annum; niſi pro cauſa evidenti, vel neceſſitate urgente.*

LXXXI. *Interfectores clericorum con-*

Matth. Paris.

villi vel confessi coram Justitiario regni, præsente Episcopo, puniantur.

LXXXII. *Clerici Duellum facere non cogantur.*

LXXXIII. *Statuit apud* Woodstocke *quod quicunque forisfecerit ei de foresta sua semel, & de venatione sua, de ipso salvi plegii capiantur* (ex Hovedeno transcribimus) *& si iterum forisfecerit, similiter capiantur de ipso salvi plegii; si autem tertio idem forisfecerit, pro tertio forisfacto nulli plegii cariantur, sed proprium corpus forisfactoris.*

Beneficiariis & ad capitis censum proletariis quin etiam habentur hæ leges Militares.

LXXXIV. *Qui habet feudum unius militis,* (quem dixi Hovedenus) *habeat loricam, & cassidem, & clypeum, & lanceam; & omnis miles habeat tot loricas, & cassides, & clypeos, & lanceas, quot habuerit feoda militum in dominio suo.*

LXXXV. *Quicunque liber laicus habuerit in Catallo, vel in redditu ad valentiam* XVI. *Marcarum habeat loricam, & cassidem, & clypeum, & lanceam.*

LXXXVI. *Quicunque liber laicus habuerit in catallo ad valentiam* X. *Marcarum ha-*

---

v. *Britton. cap. d' Appeales. & Temp. Ed. 1. tit. quod permittat. 9.*

beat

Fulicium Curiæ ſuæ de eis habere voluerit ſicut de contemptoribus præcepti ſui.

LXXVII. *Latro, ex quo capitur, Vicecomiti tradatur ad Cuſtodiendum, & ſi Vicecomes abſens fuerit, ducatur ad proximum caſtellanum, & ipſe illum cuſtodiat, donec illum liberet Vicecomiti.*

LXXVIII. *Juſtitiæ faciant quærere per conſuetudinem terræ illos, qui a Regno receſſerunt. Et niſi redire voluerint infra terminum nominatum, & ſtare ad rectum in Curia Regis poſtea utlagentur & nomina utlagorum afferantur ad Paſcha & ad feſtum S. Michaelis ad Scaccarium, & exinde mittantur D. Regi.* Northamtoniæ iſthæc.

LXXIX. *Quod de cætero Clericus (Hugoni à tit. S. Michaelis a Petra Leonis Cardinali legato, qui dilatatam eam pontificiam adpulerat R. conceſſit) non trahetur ante Judicem ſecularem perſonaliter pro aliquo Crimine vel tranſgreſſione, niſi pro foreſta & laico feudo, unde Regi vel alii D. ſeculari laicum debetur ſervitium.*

LXXX. *Archiepiſcopatus in ſuper Epiſcopatus, vel Abbatiæ non teneantur in manu Regis ultra annum; niſi pro cauſa evidenti, vel neceſſitate urgente.*

LXXXI. *Interfectores clericorum con-*

Matth. Paris.

victi

villi vel confesso coram Justitiario regni, præsente Episcopo, puniantur.

LXXXII. *Clerici Duellum facere non cogantur.*

LXXXIII. *Stavit apud Woodstocke quod quicunque foris fecerit ei de foresta sua semel, & de venatione sua, de ipso salvi plegii capiantur* (ex Hovedeno transcribimus) *& si iterum foris fecerit, similiter capiantur de ipso salvi plegii; si autem tertio idem foris fecerit, pro tertio foris facto nulli plegii capiantur, sed proprium corpus foris factoris.*

Beneficiariis & ad capitis censum proletariis quin etiam habentur hæ leges Militares.

LXXXIV. *Qui habet feudum unius militis* (quem dixi Hovedenus) *habeat loricam, & cassidem, & clypeum, & lanceam; & omnis miles habeat tot loricas, & cassides, & clypeos, & lanceas, quot habuerit feoda militum in dominio suo.*

LXXXV. *Quicunque liber laicus habuerit in Catallo, vel in redditu ad valentiam* XVI. *Marcarum habeat loricam, & cassidem, & clypeum, & lanceam.*

LXXXVI. *Quicunque liber laicus habuerit in catallo ad valentiam* X. *Marcarum ha-*

---

v. *Britton. cap. d' Appeales. & Temp. Ed.* I. *tit. quod permittat.* 9.

beat

beat Halbergellum, & Capellet ferri, & lanceam.

LXXXVII. *Omnes Burgenſes, & tota Communia liberorum hominum* Wanbais, *& Capellet ferri, & lanceam.*

LXXXVIII. *Nullus, ex quo hac arma habuerit, ea vendat nec invadiet, nec præſtet* (id eſt commodato det) *nec aliquo alio modo à ſe alienet, nec Dominus ſuus ea aliquo modo ab homine ſuo alienet, nec per forisfactum, nec per donum, nec per vadium, nec aliquo alio modo.*

LXXXIX. *Si quis arma hæc habens obierit, remaneant hæredi ſuo, & ſi hæres de tali ſtatu non ſit quod armis uti poſſit, ſi opus fuerit, ille qui eum habuerit in cuſtodia habeat ſimiliter cuſtodiam armorum, &c. &c. &c.*

Prudentum congreſſus in Anglia vocatur, & Micil Synodes, id eſt, *Magna comitia.* Mutuato demum à Gallis Parlamentorum nomine quæ ante *Henricum* I. perraro ſcribit Polydorus habita. Inſtitutum haut immerito ab antiquis Germanis manaſſe viſum. In iis Tacitus. *De minoribus rebus Principes conſultant, de majoribus Omnes; ita tamen, ut ea quoque quorum penes plebem arbitrium eſt, apud principes pertractentur.* Et habeo qui reliquit ſcriptum *quum nec fuerat Epiſcopus, nec Comes, nec Baro, tamen tum Reges tenuerant*

Polydar. lib. 11. hiſt. Angl. Mod. ten. Parl. par-

parlamenta sua; atque in Arthurio Diplomate Cantabrigiensi Academiæ: (nam per me licet, si poteris, cum Johanne Cajo tres illi fidem.) *Consilio & assensu omnium & singulorum pontificum, & principum istius regni decerno.* Interfuere parlamentis sub Normannorum tempora quotquot XIII. feudis militaribus & III. unius parte investiti Barones; ab amplis prædiis ita dicti? unde forsan Joannes Cochlæus Moguntinus nuncupatoria ad celebratissimi nominis Thomam Morum epistola Aurelii Assiodori Chronico præfixa Baronem Angliæ eum compellat. Cæterum Henricus III. exturgescente nimium numero, illos solum modo edictione præcepit adfuturos, quos ipsemet dignaretur rescripto. Augustissima nunc sedent hæc comitia, quæ mira, & ad firmissimam Reipub. salutem contexta Trium Ordinum, Regis, Magnatum, remque plæbis procurantium harmonia ab Eruditiss. V. ad Ætolorum panætolii apud Livium formulam *Panæglium* rectissime dicuntur. *Ut in fidibus, ac tibiis, atque cantu suo, ac vocibus concentus est quidam* (ait in Ciceronis libris de repub. Scipio) *tenendus ex dissimilis sonis, quem immutatum ac discre-*

Jo. Cajus in lib. 1. Antiq. Cantabrigiæ. vers. 22. Ed 3. fol. 18. August. de Civ. Dei lib. 2. cap. 21.

panem

pantem aures eruditæ ferre non possunt, isque concentus ex dissimilimarum vocum moderatione concors tamen efficitur, & congruens; sic, ex summis, & mediis, & infimis interjectis Ordinibus, & sonis, moderata ratione civitatem consensu dissimilimorum concinere: & quæ harmonia à Musicis dicitur in cantu, eam esse in Civitate Concordiam; arctissimum atque plenum omni in Rep. vinculum incolumitatis, eamque sine justitia nullo pacto esse posse. Verum sufficiant hæc de Conditoribus.

Ab his vix alios, ante Saxones, comperio Custodes. Sub eis varie partitos; quorum neque nomen neque munus hactenus obsolvere. Explent numerum (ut fastigia carpam) *Rex, Constabularius, Cancellarius, Thesaurarius Angliæ Aldermannus, Aldermanni provinciarum, & Gravii.* Principes, & obscuræ famæ prætereo (de cæteris strictim dicturus. *Rex* nunquam non inter Heptarchas unus, qui Monarcha Totius Angliæ (ut Beda testis) habebatur. In signis tam excelso primum imperio *Ella Rex Australium Saxonum* (ita Ethelwerdus) *qui possessor tantæ ditionis fuerat, ut Echright; secundus fuit Ceulin Rex Occidentalium Anglorum; Tertius Æthelbrith rex Cantuariorum; Quartus Redwald Rex Orientalium; Quintus Edwine Rex Northymbrorum; sextus Oswald;*

Ethelwerd. lib. 3. cap. 2.

septimus

septimus Osuveo frater Oswaldi post quem Octavus Ecbright. Hujus in Occiduum Saxonicum regnum alia maxime concesserunt. Constabulariatus officium (quod in Edwardo Buchinghamiæ Duce sub Hen. VIII. majestatis crimine postulato, & capite plexo disparuit) ultimi Saxonum anni viderunt. Traditur à Richardo Eliensi Monacho *Alfgarus stallerus* Edwardo Confess. Constabularius, atque ejus hoc nomine habitatione Plaissy in Trinobantibus laudat noster Chorographus. *Magnum eum & Potentem in regno* Eliensis indigitat. Et magna sane ipsisque Regibus metuenda potestas olim isti Magistratui. Qui Normannorum ante adventum negant Cancellarios peccant largiter. Nec modo vincuntur ex Edwardi Confessoris Abbati Westmonasteriensi Donatione (donavit mihi G. Lambardi' Αρχεῖν) cui leguntur subscripta: *Sinardus Notarius ad vicem Rembaldi Regiæ dignitatis Cancellarii hanc chartam scripsi, & subscripsi*; verum ex Ingulpho; qui Turketuli Croulandensis postilla Abbatis mentionem facit Edredi Regis Cancellarii; *Cujus decreto & consilio, quæcunque negotia temporalia, vel spiritualia*

Hist. Eliens. v. Kel. relat. 6. Hen. 8. fol. 171. stat. 13. Rich. 2. cap. 2. Matth. Paris pag. 563. Camden. in Northamtonia. Brooke tit. prærogative 31.

regis

regis judicium expectabant, tractarentur, & tractata irrefragabiliter sententiam sortirentur. Atque enumeravit versatissimus ille in Antiquitate Franciscus Thinnus Turketillum Ethelbaldo, Swithinum Wintonienſem episcopum Egberto Ulthvum Athelstano, Adulphum Edgaro, Alsium Archimandritam Elienſem Ethelredo RRRR. hoc præstitisse munus. De quo, & sigillis quibus est olim præfectus Cancellarius G. Camdeni Tribunalia. & ab Archivis in L. Buddeni LL. D. Wainfleti Palingeneſiam relata mavelim consulas, quam à me petas *Thesaurarii* Edredo Dunstanus, Confessori Hugolinus. Aſt inusitatus ille quintus titulus *Angliæ Aldermannus.* Sed fuit is, ni per nebulam fallor, supremus à Judiciis Prætor & à domestica stabilienda tranquillitate; qui nunc vulgo forsan *Capitalis Angliæ Justiciarius.* Insigne hoc nomen neque apud Chronologos, qui prostant, Monachos, nec in LL. video monumentis. Cæterum Privata Rameseinſis Huntindonienſi Comitatu Monasterii Historia inscriptum hac superficie prodidit Ailwini tumulum.

Fr. Thin in contin. Chr. Eliz. Matth. Cantuarienſ. in Odonis Severi vita. Camdenus.

HIC.

HIC. REQUIESCIT. AILWINUS. INCLITI. REGIS. ÆDGARI. COGNATUS. TOTIUS. ANGLIÆ. ALDERMANNUS. ET. HUJUS. SACRI. COENOBI. MIRACULOSUS. FUNDATOR.

Et ob authoritatem, & gratiam, qua apud Regem pollebat, maximam, Healfkoning, id eſt Semiregem agnominabant. Henricus autem Huntindonienſis Toſtium Northumbriæ Comitem (ſeu ut illius utar phraſi Conſulem) & Haraldum Godwini Comitis Cantii Filios *Regni* dicit *Juſticiarios Aldermanni* Senatorum vocabulo apte vertuntur. Delegatam exercebant ii Judices per provincias (Comitatus dictas) poteſtatem, abque eis ſub delegatam *Gravii*:) vox ſonat præpoſiti, & quod Germanis *Graves*, in *Landgrave*, *Burgrave*, *Palſgrave*, & *ſimilibus*: nonnulliſque noſtratium *Reves.*) Utroſque, ut ea ætas, Latino nomine, *Comites* illos, hos *Vicecomites* vocabimus. Comitis vocamen ubique apud vetuſtiſſimos Monachorum; quod vero ſæpius in Ducis inter teſtes tranſiit. Et in Charta Fundadationis Cœnobii Surrei Chertſeinſis, *Subregulum* Ulpheri Mercianorem R. ſe notat

Hunting. lib. 6. hiſt. *Camdenus.*

Frith-

Frithwaldus; Comitem, nec hæsites, intelligas. Vicecomes & Vicedominus plusquam pariſſimi, iidem. Ingulphus ait ſupra. Et *Ego Bingulph Vicedominus conſuli* † *Ego Alfer Vicecomes audivi* † Extremo Edredi Chirographo. Hiſce cum ad privata tum ad publica judicia ſuis fuere in Comitatibus Fora. Ad privata; ſingulo quoque menſe conventus (Le County Court) celebratus. *Quilibet Gravius quarta quaque ſeptimana* (ut in Edwardi Senioris legibus habetur) *frequentem populum conveniat, cuique jus dicito æquabile, liteſque ſingulas (cum dies condicti advenerint) dirimito.* Ad publica; Inquiſitionum Curiam, Tourne le Uiſcont, ſtatuit Edgarus. *Ex omni Comitatu bis quotannis conventus agitor, cui quidem illius diœceſis epiſcopus, & Senator interſunto, quorum alter jura divina, humana alter populum edoceto.* Quæ XIV. in Gulielmo I. ſectioni inſerui rumineris hic oportet. Hanc ad Inquiſitionum Curiam tempeſtate minime promiſcua & indiſcriminatim convenere Inquillini, verum, ut ex uſu, antiquiſque Regni notiſſimum eſt conſtitutionibus, vel eis Menſem à Paſchatis feſto, vel à S. Michaelis. Cui quandoquidem non Comes duntaxat, uti hodie Vicecomes, ſed etiam

Leg. Edgar. cap. 11. *Leg. Edw.* 5. & *Canut.* 17.

Epiſ-

Episcopus præfuerint, nequaquam videtur difficile Temporariæ legis & elicere fontem. Is forsan Antiochena Synodus; Julio PP. I. habita & in Oecumenica sexta Constantinopolitana recepta. Explicate hac bina Episcoporum quotannis celebranda concilia tertia á Paschate hebdomada, & Eidibus Octobris (superent tametsi aliquot diebus ij statam nobis mensem, non fallit magis conjectura) terminantur. Inferioris notæ, ex ijs, quæ *Centurias, Burghos*, & similia superius loquuntur poteris tu plura. De Saxonibus quibus commissa LL. cura ista breviter.

Brevius de Normannis: de *Comitibus* dico, & *Baronibus*; Illorum ante victoriam, excipias Leicestrenses & si forte alios, Officiarii erant Comites, necdum hæreditarii. Summa disponente rerum Gulielmo, & Feudales, & Patrimoniales esse cœperunt, assignata cum titulo, qui ex toto Comitatu proveniebant fisco, redditum triente. Satis liquet hic mos Gervasio Tilburiense; in *Richardo de Redveriis* Comite Devoniæ ab Henric. I. & *Gaufredo de Magnavilla*, à Matilda Imper. Essexiæ Comite creatis. Competebat & (videtur enim) Saxonicis divisum cum Rege metipsum jus. De Gipwico Ice-

Synod. Antioch. cap. 20. *Dist.* 18. *cap.* 4.

norum in Angliæ lustro. *Regina Edeva* II. *partes hujus, & Comes Guerr tertiam*, & de Norwico, *reddebat* XX. *libras Regi, & Comiti* X. *libras.* Proventuum Burgi de Lewes *erant* II. *partes Regis, tertia Comitis.* Et Oxonium *reddebat pro theolonio, & gablo, & pro aliis consuetudinibus per annum, reginæ quidem* XX. *libras, & sex sextarios mellis, Comiti vero Algaro* X. *libras.* Suis denique Provincialibus LL. ferendarum nonnulla patet Normannicis potestas. Etenim Gulielmum Fitz-Osberni Herefordensis Comitis (ita Monachus Malmsburiensis) *in Comitatu ejus apud Herefordum manet legum, quas statuit, inconcussa firmitas, ut nullus miles pro aliquanque commisso plus septem solidis solvat.* Cornubiensium Chirographa de rebus metallicis tantundem adprobant, & Godivam Leofrici Comitis uxorem promississimis capillis obtectam per Coventriæ frequentiam, ut irrogatis pensitationibus Cives hac lege exsolveret, obequitantem taceo.

Ex latifundiis Baronibus (universis militari obsequito submissis prædiis) sua fuere territoria (Pannos dicimus) atque in iis Curiæ (harunce apud alias gentes à Romuli patrocinio, & clientela vult Udalricus Zazius μιμητικῶς originationem) ad bene-

Malmesb. de gest. reg. lib. 3. *Ad l.* 2. *ff. de orig. jur.*

ficiarios,

ficiarios, tertio quoque revoluto dierum septenario, convocandos, jusque eis dicundum. Pervulgatus, & tralatitius earum usus hodiernus. Priscus accipiat ab Hovedeno hanc lucis scintillam. *Joannes Marescallus Hen. II. conquestus est, quod cum calumniatus esset in Curia Archiepiscopi terram quandam de illo tenendam jure hæreditaria, & diu inde placitasset, nullam inde potuit assequi justitiam, & quod ipse Curiam Archiepiscopi sacramento falsificaverat secundum consuetudinem regni, cui Archiepiscopus respondit: Nulla Justitia defuit Johanni in Curia mea quandam Toper, & juravit super illam quod ipse pro defectu justitiæ à curia mea recessit, & videbatur Justitiariis Curiæ meæ, quod ipse injuriam mihi fecit, quia sic à curia mea recessit. Cum statutum sit in regno vestro, quod, qui Curiam alterius falsificare voluerit, oportet eum jurare super sacrosancta Evangelia, Rex, non respiciens ad hæc verba, juravit quod ipse haberet de eo Justitiam & Justicium & Barones Curiæ Regis judicaverunt eum esse in misericordia Regis*; quin & D. libris multarunt. In jure cætera reddundo, remque administrando publicam eadem ferme quæ Saxonibus Magistratuum Vocabula.

Roger. de Hoveden. in H. 2.

C

An
cu
c
cc
cu
p.
cu
p.
c

CRONOLOGIA ANCILLANS.

Ann. Mundi.	
CIↃ. DCCCC. x.	*Samothes* (si quis fuit ille) imperat.
CIↃ. CIↃ. D. CCC. v.	*Brutus* in Danmonis excensionem facit.
CIↃ. CIↃ. CIↃ. D. xvi.	*Dunuallo Molmutius* sceptrum veriat.
CIↃ. CIↃ. CIↃ. D. C. xxvii.	*Martia* Quintileni R. vidua, & Sisilii J. Tutrix.
CIↃ. CIↃ. CIↃ.	Adpellit *Dele* in maritumis Cantji, &

D. CCCC. XLII. | *Territa quæſitis oſtendit terga Britannis.* & Primus Britanniam Romanis *C. Iulius Cæſar.*

A. a CHR. D. in ſalutem miſſo.

XLIV. | *Claudius* Cæſar Aug. A. Plaut. legato tranſvectis legionibus in formam provinciæ paulatim redigit.

LII. | *Colonia* Veteranorum *Camalodunum* deducitur.

LXXXVI. | Subjugatur Britannia ductu I. *Agricolæ*, auſpiciis *Domitiani* Aug.

Lucan. & intactus Britannus. Horat. epod. 7.

Lucius

CLXXXIII. *Lucius* I. Rex Christianus. Etenim Σύγχρονοι *Eleutherius* PP. & Commodus Aug. Ex quo plane fallit Beda, & fallitur in suo de hac re ἀνιχρονίσμῳ.

CCCCXXVIII. E Germania adveniunt *Saxones*, *Angli*, *Juta*, *Dani*, *Frisones*. Tauro & Fœlice COSS. Ann. xxi. *Theodosij* Junioris. Calculus scriptorum communis habet XLIX. supra cccc. verum quem adposui termino vetustis nixus Fastis hinc

	circumſcripſit Epochen V. magnus & auctoritate & judicio G. *Camdenus Clarentius.*
D. LXI.	*Ethelbertus* Anglo Saxonum primus R. qui Chriſto nomen dedit.
D. ccc.	*Egbertus.*
DCCC. LXXII.	*Alueredus.*
DCCCC. LIX.	*Edgarus.*
Clↄ. XVII.	*Canutus* Danus, alias *Canto.*
Clↄ. XXXVI.	*Haroldus.*
Clↄ. XLII.	*Edwardus* Confeſſor.

Gu-

CIↃ. LXVI.	*Gulielmus* Normannus, pugnato in planitie juxta *Hastings* prelio, dominium insulæ adquisivit.
CIↃ.LXXXVIII.	*Guiliel. Rufus* secundo genitus Victoris F.
CIↃ. C.	*Henricus* I. minor *Rufi* frater.
CIↃ. C. XXXV.	*Stephanus* ex Adela sorore Henrici nepos Comes Blesensis.
CIↃ. C. LIII.	*Henricus* II. è Matilda Aug. & Gaufr. Com. Andium Hen. I. nepos.

FINIS.